IOS. M. SCHNEIDT,
V. I. D. COM. PAL. CAES. CONS. AVL. WIRCEB. ET FVLDENS.
PANDECT. ET IVRIS FRANCONICI IN VNIVERSITATE
WIRCEBVRGENSI PROFESSORIS PVBL. ET ORD.

THESAVRVS IVRIS FRANCONICI

Oder

Sammlung

theils gedruckter theils ungedruckter

Abhandlungen, Dissertationen,

Programmen, Gutachten, Gesätze,
Urkunden 2c. 2c.

welche das

Fränkische und besonders Hochfürstlich-Wirzburgische

Geistliche, Weltliche, Bürgerliche, Peinliche, Lehen
Polizey- und Kameralrecht

erläutern 2c.

Des ersten Abschnittes vierzehntes Heft.

Wirzburg,
Im Verlage der Franz Xaver Riennerischen privil.
Buchhandlung.
1788.

Sectio I.
Opvscvlvm XXXIX.

FRANCISCI STEPHANI SARTORIVS, SYSTEMA *
SVCCESSIONIS COLLATERALIVM
SECVNDVM IVS ROMANVM TVM ANTIQVVM TVM NOVVM ET FRANCONICVM.

§. I.

De ſucceſſione collateralium tanquam tertia ſucceſſionis ab inteſtato ſpecie *a*) breviter, accurate

* Hanc Diſſertationem emiſit, & ſub meo Praeſidio defendit Clariſſimus Author, modo Iudicii ciuici Aſſeſſor, & huiatum Dicaſteriorum Advocatus, dum ei 27. Iunii 1781. Gradum Licentiatus conferrem.

a) Siquidem aliæ hanc ſucceſſionem concernentes materiæ, v. g. ſucceſſio Aſ- & Deſcendentium, nec non conjugum binis tum 1774. tum 1775. editis diſſertationibus ſatis elaboratæ ſunt & exhauſtæ.

tamen acturus quoad genuinam successionis istius ideam præmisisse satis fecisse mihi videor, si illam modum legitimum universalem acquirendi Jus universum defuncti, quod deficiente testamento immediate a lege defertur, appellavero: Jus enim omne, quo quis defuncto in bonis ejus succedit, vel ex testamento, seu dispositione hominis ei competit, vel ex lege. Quanquam negari non possit, primum successionis modum, testamentarium nempe etiam juxta leges esse: imo ipsas XII. Tab. LL. ipsumque Jus civile ipsi assistere, ac modum ordinemque in eo procedendi ab hoc determinari: hinc est, quod & hæreditas hac successione delata *L.* 130. *de V. S.* lege obvenire non improprie dicatur: quia LL. XII. Tab. Testamentariæ hæreditates confirmantur. Verum legitimæ successionis denominatio successioni ab intestato utpote a Legibus immediate delatæ magis propria audit ad differentiam successionis per Testamentum delatæ: Ipsisque in Legibus hanc inter & illam multifarie distinguitur.

§. II.

Præmissa nunc hac successionis ab intestato notione & idea ad rem ipsam accedere licebit. Et cum hujus successionis modus alius fuerit temporibus Romanorum antiquis, alius a JUSTINIANO Novella CXVIII. introductus; ipsisque nonnunquam cujusdam provinciæ moribus statutisve nonnihil ei fuerit aut derogatum,

tum, aut immutatum: hinc primo de ſucceſſione collateralium antejuſtinianea, deinde juſtinianea ſecundum Nov. 118, ac demum de ſucceſſione ex conſtitutione provinciali noſtrae Franconiae ſermo mihi erit.

CAPUT I.

SECTIO I.

Succeſſio collateralium ſecundum LL. XII. Tab.

§. III.

Veteres alii prorſus ac nos principio ſuam ab inteſtato ſucceſſionem ſuper ædificaſſe ex LL. XII. Tab. patet: Ibi enim ſtatuitur: Si inteſtatus quis moritur, cui ſuus hæres nec eſcit; agnatus proximus familiam habeto . . . . ſi agnatus nec ſit; gentiles familiam herciſcant. Ubi, cum Lex in defectu ſuorum hæredum agnatos, id eſt, per virilis ſexus perſonas cum defuncto conjunctos ad hæreditatem vocet, patet, eos minime, ut JVSTINIANVS amorem illum communiter contingentem, verum ſolam familiæ conſervationem ob oculos habuiſſe. Unde ſponte ſua fluit.

I. Vi Legis XII. Tab. in defectu ſuorum ad legitimam ab inteſtato ſucceſſionem vocatos fuiſſe primum agnatos: hinc ex ſubjecto conſanguinitatis ſchemate tantum in latere dextro poſiti ſuccedebant, utpote a maſculis deſcendentes. Et hos inter primo

 ſuc-

ſuccedebant frater & ſoror *a*), tum fratris filius & filia, omnesque ab his deſcendentes: Item patruus, & ab eo provenientes: veluti fratres ſororesque patrueles, fratrum patruelium filii, nepotes, pronepotesve &c.: qui, quoniam ſuam adhuc cum patre originem a communi ſtipite, Avo nempe trahunt, juxta §. 1. *Inſt. de Legit. agnat. ſucceſſ.* inter agnatos adhuc continentur. Et licet ſingulari numero uſa Lex XII. Tab. proximum tantum vocet; tamen dubium non eſt, quin, ſi plures ſint ejusdem gradus agnati, juxta §. 5. *Inſt. eod.* omnes ſimul admittantur. Hinc cum fratris filio & Patruus, cum Fratris nepote Fratres quoque patrueles, cum Fratris Pronepote Fratrum patruelium filii ſuccedebant, ita tamen, ut teſte §. 3. *Inſt. citat.* loco maſculi fœminis, non vero fœminæ maſculis ſuccederent.

§. IV.

Et hæc erat ſucceſſio agnatorum: cum autem in eadem de ſucceſſione lege poſt agnatos Gentiles *b*) vocentur, pronum eſt,

§. II.

---

a) Et hæc ſucceſſu temporis ex fœminis agnatis ſola: non quidem ex conſtitutione XII. Tab. quæ nihil hac in re ſexus ſtatuerant diſcriminis; conſequenter omnes agnatas ſimul admittebant: verum ex legibus civilibus, Voconia nempe Anno U. C. 584. lata omnes agnatæ, præterquam ſorores defuncti excludebantur.

II. Poſt agnatos non cognatos, ſed Gentiles ſucceſſiſſe. Hinc ex eodem ſchemate Gentiles primæ lineæ in latere dextro poſiti a Proavo deſcendentes ſuccedebant: ſcilicet Patruus magnus, Propior Sobrinus, Propioris Sobrini filius, Neposque: demum in linea ſecunda ab Abavo orti, Propatruus, Propatrui filius, Nepos, Pronepos. Neque tamen ex eo, quod poſt agnatos gentiles vocati fuerint, aut agnati in defectu ſuorum, concluditur, indiſcriminatim eos inter ſe fuiſſe admiſſos, hinc patet

III Proximiorem tempore mortis ſemper excluſiſſe remotiorem; ipſisque in gentilibus primo rationem proximitatis lineæ, in eadem vero linea demum rationem proximitatis gradus fuiſſe habitam. Quare præter §. præced. dicta in concurſu Propatrui aut Proamitæ cum propiori Sobrino aut Subrina ſimul ac fratris Pronepotis ac Proneptis, licet omnes ſint in gradu 5to; prior tamen ſucceſſit fratris Pronepos aut Proneptis ex agnatis, dein ex gentilibus propior Sobrinus, utpote linea adhuc propior, demum Propatruus, ceu linea etiam remotior priori, fœminis in ſucceſſione gentilitia etiam ſecundum LL. XII. Tab. excluſis *)

b) Quinam Gentiles dicti fuerint; explicat HEINECC. in ſuis antiq. rom. lib. 3. tit. 2. §. 3.

*) In textu ergo, quoad ſucceſſionem omittendæ ſunt Proamita, Sobrina, & proneptis: quamvis reſpectu proximitatis rite ſint inſertæ

SECTIO II.

Successio ex edicto Prætoris.

§. V.

Ex LL. ergo XII. Tab. cognatos seu per fœminini sexus personas cum defuncto conjunctos a successione exclusos audivimus; verum eorum conditionem misertus Prætor edicto eos: unde cognati *D. unde cogn.* vocavit post omnes demum agnatos ad sextum usque gradum, & ex septimo Sobrino, Sobrinave natos, natasve §. *ult. Inst. de legit. cognat. success.* Præter agnatorum ergo & gentilium classem, quorum postremorum licet nomine in suo edicto minime usus fuerit Prætor, sed eos simpliciter sub agnatis comprehenderit; eorum tamen ordinem in effectu nullatenus sustulit, ut inferius patebit: ex edicto Prætoris nunc quoque considerandi veniunt cognati, non quidem in eundem cum agnatis gradum repositi, sed post omnes demum agnatos admissi a Prætore. Hinc noviter elicitur;

IV. Ex edicto Prætoris post omnes demum agnatos cognati quoque admittuntur ad successionem, cognatis data a Prætore bonorum possessione. Et hoc edictum Prætoris in antiquum de successione systema hanc induxit mutationem, ut nunc omnes ex latere sinistro in schemate positi succedant quidem; sed nonnisi post omnes agnatos simul ac gentiles. Dum

enim

enim leges aperte corrigere Prætor minime videri vellet, locum cognatis aſſignare prius haud potuit, quam dum leges de omni prorſus ſucceſſione ſilerent. Hinc introducta hac ſucceſſione prætoria deficienti fratri ſuccedebant frater & ſoror ceu conſanguinei, & ſic omnes porro agnati: veluti fratris filius, Nepos, Pronepos, Patruus, frater patruelis, ejusdem filius, ac Nepos: in quorum defectu ſucceſſio gentiles proximiores tetigit, ſcilicet Patruum magnum, propiorem Sobrinum, ejusdem filium, ac Nepotem; & ex linea ſuprema propatruum, propatrui filium, nepotem ac pronepotem, Deficientibus vero in latere dextro omnibus agnatis, demum ad cognatos in latere ſiniſtro poſitos ſecundum gradus ſui prioritatem ſucceſſio devenit. Sicque primo ſororis filius & filia, & cum his avunculus & matertera ceu gradu æquales, poſt hos ſororis nepos neptisve, conſobrinus, conſobrina, avunculus magnus, & matertera magna, demum ſororis pronepos & proneptis, conſobrinorum filius & filia, propior ſobrinus & ſobrina, ac proavunculus & matertera ſuccedebant. Et ita cæterorum determinare ſucceſſionem ex ſchemate erit facile. Minime tamen ex modo dictis concludendum erit, Prætorem hac ſua noviter ex edicto introducta ſucceſſione omne linearum agnatos inter & gentiles, etſi ſub agnatorum nomine ſimul comprehenſos, diſcrimen tollere aut voluiſſe, aut

 potu-

potuisse; quippe quod a JVSTINIANO demum multo post & in effectu sublatum. Hinc idem modo adhuc succedendi ordo, linearumque prioritas ratione gentilium observabatur, ac supra §. IV. declaratum fuit: hoc solum addito, quod post latam Anno U. C. 584. Legem Voconiam fœminæ ultra sorores defuncti ad hæreditates legitimas nullatenus admitterentur.

SECTIO III.

Successio Justinianea ante Nov. 118.

§. VI.

Capessente vero Anno Christi 528. regni exordia JVSTINIANO, qui universo Juri emendando suam adhibuit operam; huic quoque circa successiones antiquo Juri manus admovit: cujus quidem asperitatem Prætores jamjam suis edictis correxerunt, aliumque ordinem naturali magis æquitati congruum addiderunt; quos tamen plenam universæ caussæ medelam adhibuisse minime invenit. Hinc Leges XII. Tab. secutus, ne quid Juri perfectissimo deesset, diversis constitutionibus rei plenius mederi ac prospicere contendit. Quare statim quadriennio post ejus imperii initia Anno 532. prolata circa successiones constitutione c) sanxit, ut exclusæ per Legem Voconiam agnatæ una cum agnatis æqualiter denuo succedant ab

c) Contenta L. 14. Cod. de legit. haered.

ab inteſtato, ſecundum gradus ſui Prioritatem, ita ut proximior excludat remotiorem. Eadem non minus conſtitutione & ſororum ſeu germanarum, conſanguinearum ſeu uterinarum filiis filiabusque alias inter cognatos degentibus proſpexit, ut eos easve ad ſucceſſionem avunculi ſui, qui reſpectu filiorum fratris patruus ſimul eſt, cæterorumque collateralium aſcendentium una cum fratris filiis in defectu parentum ſuorum æqualiter admiſerit; ita, ut decedente patruo aut avunculo, vi hujus conſtitutionis Ego cum fratre meo & ſorore ex utroque latere ſuccedamus, ſcilicet ubi pater aut mater ceu parentes noſtri ſuperſtites non ſint: his enim perſonis præcedentibus & hæreditatem admittentibus cæteri gradus penitus remanebant ſemoti. Altera conſtitutione Anno 534. edita *d*) & partim confirmatoria prioris, partim diſpoſitiva ſanxit, 1*mo* circa emancipatos, ut ſublata lege Anaſtaſiana §. 1. *Inſt. de ſucceſſ. cog.* citata, ſicut parentibus, ita & fratribus ſororibusque ab inteſtato ſine diminutione ſuccedant. 2*do*. Fratres ſororesque uterinos juxta §. 2. *Inſt. de leg. agnat. ſucceſſ.* inter cognatos hactenus degentes agnatis in ſecundo gradu annumeravit. 3*tio*. Filios filiasque emancipatorum, ſeu hi denuo fuerint emancipati, nec ne; non minus uterinorum filios filiasve æque ac ger-

manæ

---

d) L. 15. Cod. eodem.

manæ & conſanguineæ in gradu tertio repoſitos invicem ſecundum Jus antiquum LL. ſcilicet XII. vocavit ad hæreditatem; cæteris omnibus ſucceſſionibus ad id uſque tempus obſervatis in ſuo valore procedentibus. Neque præter ſororem ſororeve natos natasve quempiam agnatis aſſociavit, neque tum linearum inter agnatos primi & ulteriorum ordinum, ſeu gentiles, diſcrimen ſuſtuliſſe videtur. Tertia conſtitutione, injuria autem temporum deperdita *e*) cavit Imperator, (ſiquidem adeo Legis XII. Tab. litteræ inhærebant Juris Interpretes, ut proximo agnato vel omittente hæreditatem, vel ante ejus aditionem decedente non daretur ad hæreditatem acceſſus remotioribus: *Paul. recep. ſent. IV.* 8. 4. *Ulp. XXVI.* 5. Quibus quidem Prætor ſuccurrebat primum, eos edicto: *Unde cognati* vocando, ſed non aliter, niſi excluſi hi agnati inſimul proximi cognati eſſent) ut, recluſis hisce agnatis ſucceſſio in agnatorum hæreditatibus minime ſit deneganda: cum ſatis abſurdum ſit, ut, quod cognatis a Prætore apertum eſt, hoc agnatis ſit recluſum. Interim tamen nec ipſe JUSTINIANUS univerſæ, uti promiſerat, cauſſæ medelam adhuc adhibuit, ſiquidem innumeræ adhuc ſubtilitates, ac immenſum chaos ſupereſſent: donec tandem

Anno

e) Ita GOTHOFREDUS in notis ad §. 7. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. Exhibet eam CUJACIUS, obſer. XX. 34. pro parte.

Anno 544. Novella 118. novum plane & ſucceſſionis fundamentum jecerit & ordinem.

CAPVT II.

Succeſſio ſecundum Novell. 118. *Juſtinian.*

ARTICVLVS I.

Succeſſio Collateralium Legitimorum.

§. VII.

In hac ergo ſua ab inteſtato ſucceſſione JUSTINIANUS communi pluribus gentibus principio innixus eſt: de quo GROTIUS *de Jur. bell. & pac. Lib. II. Cap. VII.* §. 3. Imo ipſe jamjam ARISTOTELES *ethic. ad Nicom. Lib. VIII. cap.* 12. diſſeruere: Scilicet amori communiter contingenti. Et cum novo hoc adoptato principio novum omnino ordinem invexerit, neceſſe eſt. Quare non ſolum agnatos inter & cognatos diſcrimen ſuſtulit; verum adeo ipſos inter agnatos primæ & ulteriorum linearum, gentiles nempe, omnem linearum differentiam abrogavit. Hinc poſt Aſ. & Deſcendentes, poſt fratres, fratrumque liberos, ſeu unus ſeu collaterales omnes agnati aut cognati admittuntur ſine reſpectu, ut antea, ad lineam: & æquales quidem gradu ſimul, ſeu in capita ſuccedunt. Circa fratres tamen ac ſorores, eorumque liberos ſpecialia quædam occurrunt. Qua de re plura locuturi rem totam quibusdam includemus propoſitionibus: ſit ergo propoſitio

I.

I. In defectu Af- & Defcendentium ante omnes fuccedunt collaterales ab inteftato: & primo quidem fratres ac forores germani, exclufis uterinis ac confanguineis: ac proin in horum fucceffione duplicitas vinculi primario obtinet. *c.* 3. *Nov.* 118. *verf. Si igitur.*

II. Iidem fratres & forores etiam una cum Afcendentibus ad hæreditatem defuncti fratris fimul admittuntur. *Cap. & verf. iisdem.* Et quidem in capita, cum ex *Nov.* 118. *cap.* 2. *verf. Si vero cum Afcendentibus.* jure proprio fuccedunt.

III. Circa fratrum fororumve liberos fingulare hoc adhuc occurrit, quod fic dictum jus repræfentationis apud ipfos obtineat, verf. *hujusmodi vero privilegium:* vi cujus parentum fuorum loca occupare, cumque patruis fuis in ftirpes fuccedere valent; atque hi fratrum germanorum liberi ipfos etiam fratres defuncti unilaterales femper excludunt. verf. *Si autem defuncto.*

IV. Hoc autem repraefentationis Jure fratrum germanorum liberi utuntur haud aliter, quam dum aut cum germanis defuncti fratribus fuccedere, aut unilaterales excludere volunt. verf. *unde confequens.* Quo in cafu ex cit. verf. tantum omnes ex uno fratre liberi accipient, quantum eorum pater, fi viveret, accepiffet. Et hæc in ftirpes dicitur fucceffio.

V.

V. Ubi vero soli *f*) fratrum liberi inter se concurrunt, abs omni dubio in capita succedent: cum hic haud necessum habeant, locum parentum suorum subire; sed jure proprio succedant *g*). Vers. *hujusmodi vero privilegium.*

VI. Hoc Jus repræsentationis in fratrum * liberis se eo usque extendit, ut, seu concurrentibus propriis defuncti fratribus, seu illis deficientibus, una cum avis suis ad hæreditatem patrui sui admittantur ex *Nov.* 127. *cap.* 1. ceu correctoria illius 118. vers. *Si autem cum fratribus.*

VII. Quodsi porro fratrum liberi cum defuncti patruo concurrunt, licet hic cum illis in gradu æquali sit; tamen patruum vel avunculum excludunt. *h*) vers. *Quandoquidem.*

VIII.

---

f) De casibus, ubi fratrum liberi non soli inter se concurrunt, & tamen in capita succedunt, videatur BOEHMER de success. collat. civili §. VI & seq.

g) Hinc dari potest regula: toties succeditur in stirpes, quoties fratrum liberi necessum habent suorum parentum loca subire, ut vel cum aliis proximioribus succedant, vel alios gradu æquales excludant. Videri desuper potest STRYKIVS Diss. 3. cap. 1. §. 8. & seq. ubi contrariis simul respondet. Accedit Constitutio CAROLI V. Imperatoris Spiræ Anno 1529. desuper edita, quæ id clare admodum constituit.

* Adde germanorum.

h) Fundamentum hujus successionis secundum Authores varium est: alii enim illud prætendunt ex jure repræsenta-

VIII. Poſt fratres demum, fratrumque germanorum liberos dein fratres unilaterales ejusdem nominis, id eſt, ſi adſint tantum conſanguinei, aut tantum uterini, eorumque liberi, eodem, ut ſuperiores, ordine ac prærogativa ſuccedunt. verſ. *his autem non exiſtentibus*. Adeoque & horum fratrum liberi patruum excludunt.

IX. Hoc tamen inter unilaterales diverſi nominis concurrentes, id eſt, ſi adſint conſanguinei ſimul & uterini, obſervatur diſcriminis, quod in iis ratio bonorum habeatur: quæ enim a patre ad defunctum pervenerunt, conſanguineis, quæ a matre, uterinis obve-

---

ſentationis, vi cujus per fictionem patruo uno gradu anteferuntur: alii ex ſpeciali per Nov. 118. privilegio fratrum liberis conceſſo illud prætendunt: quoniam fratrum filii defuncto potius, quam Aſcendentes (patruus) liberorum loco ſint. Hinc pro vario adoptato principio & cauſſa ſucceſſionis ipſa ſucceſſio hæc varia erit: ac modo in ſtirpes, modo in capita fieri defenditur. Utraque nos conciliata ratione ſucceſſionem in capita admittimus: quamvis enim jure repræſentationis indigerent ad excludendum defuncti patruum: & ſic ſucceſſio fieri deberet in ſtirpes: attamen eo ſemel excluſo inter ſe paris ſunt juris; ſicque in capita hæreditatem ſui patrui dividunt. Argumento a collatione deſumto, ubi, licet deſcendentes inter ſe conferunt; attamen cum extraneo nequaquam conferunt.

obveniunt: in reliquis æqualis omnium eſt ſucceſſio. *i*) *L.* 13. §. 2. *Cod. de leg. hæred. Nov.* 84. *cap.* 2. qui textus per Nov. 118. minime correcti deprehenduntur.

X. Deficientibus vero & unilateralibus eorumque liberis ſemper ſuccedunt proximiores ſanguine in capita: nulla amplius duplicitatis vinculi, aut Juris repræſentationis habita ratione *k*) verſ. *Si vero neque fratres.*

ARTICULUS II.

Succeſſio Collateralium illegitimorum.

§. VIII.

Et hæc de collateralibus procedunt ex juſtis nuptiis procreatis: cum vero & aliæ extent collateralium ſpecies: puta naturalium, aliorumque illegitimorum; legi

i) De hac materie poteſt videri Stryk. Diſſ. 3. cap. 1. §. 22. ſeq. item Diſſ. 2. cap. 1. §. 21. ubi contrariis ſimul reſpondetur.

k) Sic v. g. 1mo in concurſu patrui aut amitæ cum avunculo aut matertera ambo ſuccedent in capita; ſublato ſcilicet cap. 4. Nov. 118. omni ag. aut cognationis jure. 2do. Concurrentibus fratris germani nepote & unilateralis filio, filius ſuccedet: cum duplicitas vinculi jusque repræſentationis ultra fratrum liberos haud extendatur: qui nepos tunc ſuccedet, cum avunculo magno ceu in pari cum ipſo conſtitutus gradu. 3tio Defuncti matertera excludit defuncti patrui filium, utpote integro gradu ipſum antecedens. Et ſic porro.

legitimorum a legibus civilibus factorum per adoptionem, & demum legitimatorum: de his singulis nobis erit agendum: & quidem A) De Naturalibus seu illegitimis. Et hi demum, quatenus nempe ex concubinatu, Romanorum principiis licito, prodierunt ex fœmina concubina, naturales erant: vel aliunde non ex concubina nati, spurii aut vulgo quaesiti, vel adulterini, vel denique incestuosi audierunt. De Naturalibus stricte talibus, seu ex concubina natis nil dico: quia concubinatus non amplius licita, sed legibus nostris prohibita est consuetudo. De spuriis ergo sit propositio.

I. Fratres spurii ab eodem tantum Patre geniti ex diversis Matribus; nec legitimis, nec sibi invicem succedunt: Siquidem nec pro agnatis, nec cognatis habeantur. §. 12. *Inst. de Nup.* §. 4. *Inst. de success. cognat.* *Math. Stephan. ad Nov.* 118. *N.* 67. *Forster Lib.* 8. *cap.* 10. *N.* 4. item *cap.* 12. *N.* 1. *aliique cit.*

II. Fratres spurii uterini, seu ab eadem Matre geniti, & sibi invicem, & omnibus ex Matre collateralibus succedunt, *L.* 2. *D. L.* 4. *D. unde cognat.* *Forster Lib.* 8. *cap.* 12. *N.* 2. & 3. Ratione enim Matris nullus habetur spurius §. 3. *Inst. ad S. C. Orphit.* æqualeque illegitimi uterini cum uterinis legitimis ex Matre Jus habent. Hinc in concursu fratrum legitimorum germanorum cum illegitimis uteri-

uterinis illi quidem ex duplici vinculo defuncto juncti hos præcedent: verum uterini seu legitimi, seu illegitimi inter se concurrentes æqualiter succedent *l*): hacque in successione idem obtinebit, ac supra §. VII. Propos. III. de fratribus legitimis ratione Juris repræsentationis dictum fuit.

III. Fratres denique uterini ex damnato coitu oriundi, sibi quidem ipsis, non vero collateralibus legitimis succedunt: siquidem nec parentes ipsis, *Nov.* 89. *cap. fin.* nec hi illis, multo minus ergo eorum collateralibus succedere possint *m*).

B) De legitimis tantum, seu per leges civiles, adoptionem nempe factis: & hac in re disquirendum

Fffffff 2 erit;

l) Sed quid, si ex illustri matre editus naturalis, an etiam fratri legitime nato uterino succedet? & decisio ex L. 5. Cod. ad SC. Orphit. contra spurium aperte stat: qui enim prohibetur succedere matri; multo minus ad successionem fratris ex eadem matre editi erit admittendus. Licet in naturali in specie tali paulo aliter possit pronuntiari: siquidem Lex non de successione fratrum inter se, sed de successione liberorum matri illustri, & de spuriis tantum loquatur.

m) Videri desuper possunt Authores, FORSTER Lib. 8. cap. 13. BACHOV, ad Treutleri Disp. volum poster. Disp. 16. thes. 5. lit. e. PAULUS CHRISTINAEUS Decis. belgicar. vol 4. decis. 54. n. 5. CASPAR. THESAUR. Lib. 1. quæst. forens. 22. n. 24. STRYK. Diss. 3. cap 1. §. 39.

erit; utrum adoptio fuerit plena, ab *Aſcendentibus* nempe adoptantibus deſcendentes peraʗta; quippe quibus ſolis Just. *L. penult. Cod. de adopt. §. 2. Inſt. eod.* Jus patriæ poteſtatis conceſſit: utrum vero minus plena, ſeu ab adoptantibus extraneis fuerit peraʗta. Hinc erit propoſitio

I. Adoptati ab aſcendentibus imo & arrogati *fratres* tum ſibi invicem, tum etiam naturalibus (opponendo legitimis tantum) ſuccedunt *n*) *L. 2. §. 3. D. de ſuis & legit. hæred. L. 7. D. ad SC. Tertul. L. 10. Cod. §. 5. de adopt. Forſter de ſucceſſ. Lib. 8. cap. 14. N. 3. & fin. Richter ad Authent. poſt. fratres autem Cod. de Legit. hæred. N. 18. Paulus Chriſtin. vol. 4. deciſ. Belg. deciſ. 54. N. 5.*

II. Adoptati ab extraneo, quoniam nec in patris adoptantis familiam vel poteſtatem tranſeunt; nec ſibi invicem, nec filiis patris adoptantis, multo minus ejusdem collateralibus ſuccedunt. *L. 10. §. 1. in fin. Cod. de adopt.* Quamvis enim ex privilegio Justi-

NIANI

n) Hæc vero procedunt tamdiu, quamdiu adoptio per emancipationem non fuerit ſublata. Caeterum per ſe jam patet, hos adoptivos fratres, ut qui conſanguineis tantum æquiparantur, in concurſu cum germanis, ceu duplici vinculo munitis his cedere debere: eamque diſtinʗtionem bonorum concurrentibus adoptivis cum uterinis obtinere, quam ſupra §. VII. Prop. IX. jam innuimus.

NIANNI §. 2. *Inst. eod.* patri adoptanti ſuccedant ab inteſtato; tamen tum ob legis ſilentium, tum ob privilegium ſolis hisce tantum liberis adoptatis conceſſum, id minime ad collaterales erit extendendum *Barry Lib.* 18. *tit.* 3. *N.* 10. *Tholoſan. Lib.* 45. *cap.* 5. *N.* 1. *&* 2. *Forſter Lib.* 8. *cap.* 14. *N.* 1. *&* 2. *aliique ibi citat.*

C) De Legitimatis: & cum alia legitimatio fiat vel per ſubſequens matrimonium, *Nov.* 74. *cap.* 1. alia per reſcriptum Principis, *Nov.* 89. *cap.* 9. alia per oblationem curiæ, *eadem Nov.* 89. *cap.* 2. de hisce ſpeciebus ſingulis erit agendum. Sit ergo Propoſitio

I. Legitimati per ſubſequens matrimonium eodem ac legitimi jure gaudent in omnibus, ac proin ipſis adeo ob vinculi duplicitatem unilateralibus legitimis in ſucceſſione collateralium antehabentur: §. VII. Prop. I., cum per legitimationem æquale cum ipſis germanis jus conſequantur.

II. Legitimati per reſcriptum Principis quidem ſibi invicem ſuccedunt; &, ſi cum effectu ſuccedendi eorum legitimatio fuerit munita, etiam fratri legitime nato in defectu aliorum legitimorum ſuccedunt; non vero cum legitimis poterunt concurrere *o*). Si enim

o) RICHTER ad Auth. Poſt fratres autem. Cod. de leg. hæred. N. 19. MATH. STEPHAN ad Nov. 118. N. 68. Quam-

in ſucceſſione deſcendentium ſeu hæredum ſuorum taliter legitimati cum legitimis haud aliter ſuccedunt, quam dum hi ſuam habeant legitimam præcipuam: *Arg. Auth. Præterea item Siquis L. 4. Cod. de natur. liber.* multo minus per ejusmodi legitimationem per reſcriptum Principis factam legitimis fratribus poterit præjudicari; ceu quibus ex fratrum hæreditate nulla, ut caſu priore, legitima jure naturae debetur.

III. Per oblationem curiæ legitimati nec ſibi invicem, nec aliis ſuccedunt legitimis: cum oblatus ei tantum ſuccedat, qui eum obtulit *Nov. 89. cap. 4. L. 9. Cod. de natur. liber.* Quamvis ſecundum eandem *Nov. cap. 5.* in defectu liberorum aut patris offerentis huic oblato fratres ejus naturales ac legitimi, in quadrante vocentur.

CAPUT

Quamvis ex mitiori ſententia diſtinguendum videatur, utrum ante fratrum legitimorum nativitatem legitimatus quis fuerit, nec ne: priori caſu, dum ſuus patri hæres factus eſt & agnatus ante legitimorum nativitatem, cum illis, exceptis tamen germanis, ceu duplici vinculo munitis (ſiquidem hi conſanguineis tantum æquiparantur) quoque ſuccedendi jus adeptus videtur. Poſteriori caſu liberi legitime nati utpote tempore, ſic & jure priores ipſis obſtabunt. Utrum vero Princeps in legitimorum præjudicium ad effectum ſuccedendi illos legitimare valeat; vix admitto.

Caput III.

Successio Collateralium secundum Jus Franconicum.

§. IX.

Ad successionem nunc ex Jure Franconico, ceu statutariam Franconiæ nostræ devenimus: quæ quidem unione prolium excepta paucisque aliis, in reliquis nihil a Jure communi discrepat. Ad sistendas ergo paucas hasce differentias sit propositio

I. In defectu Af & Descendentium veniunt collaterales L. G. O. *tit.* 86. §. 1. & inter hos primi iterum sunt fratres ac sorores: qui tamen hic non, ut in successione Juris communis ex *Nov.* 118. una cum ascendentibus ad successionem fratris admittuntur, sed a parentibus excluduntur L. G. O. *tit.* 84. §. 3.

II. Duplicitas quoque vinculi quoad fratres, fratrumque liberos attenditur: hinc a bilateralibus & hic unilaterales excluduntur §. 3. *tit.* 86.

III. Jus non minus repræsentationis inter fratrum liberos locum habet, etiam cum exclusione unilateralium: ubi in concursu fratrum cum fratrum liberis in stirpes, in concursu liberorum solum in capita succeditur. §. 4. *tit.* 86.

IV. Si vero unilaterales eorumque liberi soli inter se concurrant; tunc paterna paternis, materna

maternis conferuntur, reliqua autem in communi dividuntur. *tit.* 86. §. 5.

V. Poſt fratres autem fratrumque liberos omnis duplicitas vinculi ac Jus repræſentationis ceſſat, & juxta gradus prærogativam * ſucceditur; graduque æquales bona in capita partiuntur: *tit.* 86. §. 6. 7. ac proin huc loci repetenda ſunt dicta §. VII. Prop. X. in notis.

§. X.

Unio prolium.

Cum in univerſa Germania, potiſſimum vero in noſtra Franconia, præter fratres germanos, conſan-gui-

---

* Exempli cauſa pono ſequens Schema



Defuncto Sulpitio ſuccedit Sempronius, excluſo Vlpiano, licet enim Vlpianus ad duplicitatem Vinculi provocare poſſet, quia tamen haec tantum ad fratres & fratrum liberos eſt reſtricta, Vlpianus autem patrui filius eſt, duplicitas ei non proderit, ſed excludetur a Sempronio, qui eſt in 3. gradu, Vlpianus vero in quarto.

guineos aut uterinos tertia adhuc ſpecies, unitorum nempe, vulgo der eingekindſchafteten Kinder, obveniat, quod pactum, quo uniuntur, unio prolium, vulgo die Einkindſchaftung audit: vi cujus ſuſceptis ex priore matrimonio liberis a conjuge ſuperſtite novus ſuperinducitur conjux eo effectu, acſi liberi prioris matrimonii legitimi quoque ſecundi hujus conjugis, novique conjuges legitimi eorum parentes forent; quique germanis inter ſe ſtante unione æquiparantur. L. G. O. *tit.* 118. §. 1. *ſeq.* *p*) Hinc erit propoſitio.

I. Stante unione *q*) liberi uniti naturalibus ac legitimis in omnibus æquiparantur: (repet. dicta §. VII.) hinc non ſolum uniti inter ſe, in defectu parentum §. IX. Prop. I. ſed & cum naturalibus, ipſisque naturalibus ac legitimis ſuccedunt. L. G. O. *tit.* 119. §. 13.

II. Finita in totum unione *r*) nec uniti amplius inter ſe, nec aliis legitimis ac naturalibus fratribus

Sffffff 5 ſucce-

p) Conferatur Ickstatt de unione prolium.

q) Erigitur autem unio triplici modo: 1*mo* per Inſtrumenta dotalia, 2*do* per pacta parentes inter & liberorum conſanguineos, 3*tio* coram Judicio provinciali. L. G. O. tit. 108. §. 3.

r) Finitur autem unio reſpectu parentum 1*mo* per traditionem legitimæ, 2*do* per diviſionem totalem, 3*tio* per mortem liberorum unitorum ante parentes eorum. Tit. 119. §. 12. & 15.

Reſpe-

succedunt: *Tit.* 119. §. 12. & 14. resque iterum redit ad jus commune.

III. Unio respectu collateralium unione non comprehensorum nullum plane effectum sortitur *s*): nec per unionem juri succedendi proximorum agnatorum

---

Respectu unitorum vero liberorum, licet ipsis legitima jamjam data fuerit, si vero adhuc in communione bonorum vivant, unio non finitur prius, quam dum divisio totalis inter ipsos processerit. 𝔏. 𝔊. 𝔒. tit. 119. §. 13. 14. Hinc, si stante unione unitus decesserit; succedit ei parens per unionem inductus, Tit. 118. §. 3. aut etiam naturalis: quoniam solos admitti ascendentes ad successionem filii supra audivimus. Si vero dissoluta unione: videndum, an unio totaliter, an tantum respectu parentum fuerit finita. Si prius, proximi quique consanguinei succedunt; Si alterum, fratres uniti una cum naturalibus succedunt. §. 13. tit. 119.

s) Hinc respectu Ascendentium liberi uniti avo minime nepotes fient, cum jure succedendi: nisi hic expresse inunionem eorum consenserit: 𝔏. 𝔊. 𝔒. tit. 119. §. 3. 4. 5. 10 Respectu collateralium patris per unionem superinducti v. g. Patrui, amitæ, avunculi, materteræ, consobrinorum &c. nec non respectu fratrum unitorum, cum quibus (fratribus) unio non inita fuit; hi collaterales, fratresque unione non comprehensi minime succedent factis hisce per unionem liberis: sed solum ii, quos inter unio erecta fuit. v. g. pater, avus, liberi uniti tit. 119. §. 11.

torum quidquam præjudicatur. *Tit.* 119. §. 1. *seq.* t).

§. XI.

Ad ſpurios quod attinet; ſucceſſio collateralium franconica circa eos Jus commune in omnibus ſequitur L. G. O. *tit.* 82. & 83. §. 3. Hinc lectorem ad §. VIII. dicta remitto, & hisce ſit hujus ſyſtematis finis.

SECTIO I.

OPVSCVLVM XL.

JOS. M. SCHNEIDT etc.

SPECIMEN * JURIS FRANCONICI,

SEU POTIUS GERMANICI

SISTENS MATERIAM

DE EDICTO AEDILITIO,

ET IN SPECIE

DE VITIIS PECORUM,

VULGO

Von den Viehmängeln und deren Gewährschaft.

SPE-

t) Si nempe diſſoluta in totum unione deceſſerint: ubi proximi eorum agnati, ſeu conſanguinei ſuccedunt. Tit. 119. §. 12.

* Hoc ſpecimine Collegia mea Anno 1770. indixi, quod hic multo auctius prodit.

SPECIMEN DE VITIIS PECORUM.

§. I.

Memini, me quondam legiſſe, quod inter res ſpecie diverſas aliqua non detur eſſentialis proportio: quo theoremate Author nihil aliud mihi intendiſſe videtur, quam ut nummos, pecuniam numeratam appellant, ab officio menſuræ communis, ſeu rerum pretii univerſalis excludat. Poſſet ſane theſis hæc in Republica aliqua Platonica ſeu mere ideali admitti, ſuo tamen deſtituetur robore, ſi id conſideremus, quod Paulus a) Libro 33. ad Edictum his verbis ratiocinatur:

Origo emendi vendendique a permutationibus cœpit. Olim enim non ita erat nummus: neque aliud merx, aliud pretium vocabatur. Sed unusquisque ſecundum neceſſitatem temporum, ac rerum, utilibus inutilia permutabat. Quando plerumque evenit: ut, quod alteri ſupereſt, alteri deſit. Sed quia non ſemper nec facile concurrebat, ut, cum tu haberes, quod ego deſiderarem, invicem haberem, quod tu accipere velles: electa materia eſt, cujus publica, ac perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis, ſubveniret; eaque materia forma publica percuſſa uſum dominium-

a) Vid. L. 1. ff. de contrah. Empt.

niumque non tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate: nec ultra merx utrumque, ſed alterum, pretium vocatur.

§. II.

Nulla eſt aut erat Respublica, quæ non haberet Commercia, & occaſione horum pretium aliquod commune, ſimulque ad utrumque conſervandum neceſſitatem obſervandi æqualitatem inter mercem & pretium. Inde notio læſionis, dum ſcilicet hæc æqualitas non obſervatur præter intentionem: inde idea Deceptionis, dum ex intentione læſio contingit. Reſultat & inde prudens illa Epikia, vi cujus contrahentibus ſe invicem naturaliter, id eſt, intra limites veri & juſti pretii, decipere permittitur; *b*) dum enim verum, ſeu ſi mavis, mathematicum pretium variæ determinare prohibent circumſtantiæ, aliquod ab hoc divortium æqualitatem non tollit, ſicque nec juſtitiam lædit, nec læſionem juridicam inducit.

§. III.

Ne tamen Epikia hæc in falſam degeneret interpretationem, inſpectores rerum promercalium neceſſe erat inſtituere, qui non tantum bonitati pretii conſervandæ, ſeu legitimo monetæ valori proſpicerent, ſed & ſimul ipſis rebus juſtum, & ad leges indigen-

b) L. 22. §. 3. ff. Locati.

digentiæ exæquatum constituerent pretium ; excessus autem non tam punirent, quam potius evitare docerent, & ad hoc obtinendum necessaria pollerent authoritate ac jurisdictione. Aediles hi vocabantur in Republica Romana, & Leges ab his latæ Aedilitia appellabantur Edicta.

SECTIO I.

De Aedilibus Romanorum Eorumque Edictis.

§. IV.

Aediles Plebis jam Tribunis in adjumentum fuisse, Authores Romani *c*) abunde testantur: ex quo clare patet, eos ex ordine plebejorum fuisse, & præter annonam, ædium sacrarum, publicorum locorum, ludorumque curam, etiam jurisdictionem quandam pro arbitrio Tribunorum exercuisse, simulque monetas cusisse *d*), ac ærario præfuisse *e*): quamvis multum deinde mutationis circa posteriora contigerit, post-

c) Gellius Noct. Attic. XVII. 21. Dionys. Halicarn. Lib. VI. p. 411. Plaut. Captiv. Act. IV. Scen. 2. L. 12. ff. de peric. & com. rei vend. L. 13. §. 8. ff. locat. L. 12. ff. de Decur. Sueton. in Claud. c. 38. Tacit. Annal. L. XIII. c. 28.

d) Sic occurrunt in nummis Aediles plebis sellis vulgaribus insidentes, ubi & modius cum spica, & apparens præterea spiciferæ Cereris caput, annonæ procurationem arguunt Spanh. de Usu & Præst. Numisin. Diss. X. Tom. II. p. 152.

poſtquam Aediles Curules ex genere Patriciorum fuerunt introducti *f*). Hi etenim res majoris momenti ad ſe pertrahentes, minora tantum negotia Aedilibus plebejis reliquere.

§. V.

De rebus hisce igitur Aediles Curules ſua proponebant Edicta, & inde Edicta Aedilitia *g*), Editiones

e) Dio Cass. Hiſt. XLIII. p. 237.

f) Heinecc in Ant. Rom. L. I. T. 2. §. 25. ſic refert. Curules vero, de quibus hic agimus, e Patriciis initio legebantur. Cum enim diſcordia, de Conſule plebejo creando inter plebem & Patricios exorta, ſedata videretur, ludique ob eam rem decernerentur Diis patriis, detrectantibus hanc curam Aedilibus plebejis, obtulerunt ſe bini juvenes patricii, polliciti, ſe hoc munus ſuſcepturos. Collaudavit populus hoc de republica bene merendi ſtudium, & denuo deluſus Patriciorum artibus, hos patricios juvenes Aediles creavit, ſellamque curulem honoris cauſa conceſſit. Unde & Aediles Curules dici conſueverunt. Liv. Hiſt. 6. 42. Penes hos ergo erat annonæ viarumque publicarum curatio, tutela urbis, ludorum inſtitutio, de rebus venalibus cognitio, & præcipue ſacrarum ædium cura, á qua & Aedilium nomen ſunt conſecuti. L. 2. §. 1. D. de Orig. Jur. Varro de Lingua Lat. IV. p. 20. Cicero Verrin. VII 14. Iisdem quoque demandata erat ἐϛισκοπὴ in fornices, lupanaria, cauponas ipſasque mulieres, quæ quæſtum corpore faciebant, quæ nomina ſolebant apud Aediles profiteri, ut ſuo loco docebimus.

g) Confer. Rubr. Tit. I. Lib. 21. ff. de Aedilitio Edicto.

ctiones Aedilitias *h*) suam trahere originem, extra omne est positum dubium. Quot autem ejusmodi promanarint Edicta? vel quot, si unum sit, illud habuerit capita? de hoc nondum convenit; cum enim alii funerum curam Aedilibus tribuant *i*), pœnam castrationis puerorum ab Aedilibus sancitam dicant *k*), aliaque ab Aedilibus proposita memorentur *l*); valde probabile manet, vel plura extitisse ejusmodi Edicta, vel si unum tantum fuerit, illud mancum & per partes tantum ad nos pervenisse; quod ex eo certum quasi evadit, dum, ut mox fragmenta hujus Edicti collecturus ero, hiatus remanentes cuivis cernere liceat.

§. VI.

Edicti Aedilitii tria adhuc superesse Capita, communis est Authorum sententia; quorum unum de mancipiorum -- alterum de jumentorum venditionibus -- tertium de cane, verre similibusque animalibus, ibi, ubi vulgo iter fit, non habendis tractat: scripsere ad hoc Edictum Aedilitium T. CAJUS Libros duos *m*), ULPIANUS Libros duos *n*), & JULIUS PAULUS binos Libros

h) PLAUT. Capt. IV. 2. v. 43.

i) Vid. Not. RITTERI ad HEINECC. Histor. Jur. Rom: Cap. 3. §. 77.

k) L. 27. §. 28. ff. ad L. Aquil.

l) HEINECC. Hist. Jur. Rom. Cap. 3. §. 78.

m) Vid. Rubr. L. 28. ff. de Aedilit. Edict. & L. 32. ff. eod.

n) Conf. Rubr. L. 37. & 38. ff. de Aedilitio Edicto.

Libros *o*). Ex his igitur contextum Edicti, quantum possibile, hic restituam.

§. VII.

TENOR SEU POTIUS SENSUS EDICTI AEDILITII.

Qui mancipia vendunt, certiores faciant emtores, quid morbi vitiive cuique sit, quis fugitivus errove sit, noxave solutus non sit: eademque omnia, cum ea mancipia venibunt, palam recte pronuncianto. Quodsi mancipium adversus ea venisset, sive adversus quod dictum promissumve fuerit, cum veniret, fuisset, quod ejus præstari oportere dicatur, emtori, omnibusque, ad quos ea res pertinet, judicium dabimus, ut id mancipium redhibeatur; siquid autem post venditionem traditionemque deterius emtoris opera, familiæ, procuratorisve ejus factum erit, sive quid ex eo post venditionem natum, aquisitum fuerit, & siquid aliud in venditione ei accesserit, sive quid ex ea re fructus pervenerit ad emtorem: ut ea omnia restituat. Item siquas accessiones ipse præstiterit, ut recipiat. Item siquod mancipium capitalem fraudem admiserit, mortis consciscendæ sibi causa quid fecerit, inve arenam depugnandi causa ad bestias intromissus fuerit, ea omnia in venditione pronunciant. Ex his enim causis judicium dabimus. Hoc amplius, siquis adversus ea sciens dolo malo vendidisse dicatur, judicium dabimus p). Et

o) Vid. Rubr. L. 37. 38. 39. & 41. ff. eod.
p) Ita L. 1. §. 1. ff. de Aedil. Edict.

Et quanta pecunia pro eo homine soluta accessionisve nomine data erit, non reddatur; cujusve pecuniæ quis eo nomine obligatus erit, non liberabitur q). --- Veterator pro Novitio ne veneat r). — Qui jumenta vendunt, palam recte dicunto, quid in quoquo eorum morbi vitiique sit: uti, quæ optime ornata vendendi causa fuerint, ita emtoribus tradentur: siquid ita factum non erit, de ornamentis restituendis, jumentisve ornamentorum nomine redhibendis, in diebus sexaginta. morbi autem vitiive causa inemtis faciendis in sex mensibus, vel quo minoris, cum venirent, fuerint, in anno judicium dabimus. Si jumenta paria simul venierint, & alterum in ea causa fuerit, ut redhiberi debeat, judicium dabimus, quo utrumque redhibeatur s). — Quæ de jumentorum sanitate diximus, de cætero quoque pecore omni venditores faciunto t).

Ne quis canem, verrem vel minorem aprum, lupum, ursum, pantheram, leonem u) (aliudve, quod noceret, animal, sive soluta sint, sive alligata, ut contineri vinculis, quo minus damnum inferant, non possint) x) qua vulgo iter fit, ita habuisse velit, ut cuipiam nocere, damnumve dare possit: si adversus ea factum erit, & homo liber ex ea re perierit, solidi ducenti: si

---

q) Ita L. 25. §. 9. ff. eod.

r) Ita L. 37. ff. eod. s) Ita L. 38. §. 5. eod.

t) Ita L. 40. eod. u) Ita L. 41. ff. eod.

x) Ita L. 42. ff. eod.

si nocitum homini libero esse dicatur, quantum bonum æquum judici videbitur, condemnetur: cæterarum rerum, quanti damnum datum, factumve sit, dupli y).

§. VIII.

En verba Edicti, quatenus ea colligere licuit; Iam in praxin illius inquirendum, filum ducente HEINECCIO z), ita tamen, ut, dum hodie ejusmodi venalibus destituamur mancipiis, Capitis Edicti primi non aliam facturus sim mentionem, quam in quantum regulæ de illis traditæ pecoribus conveniunt, & juxta præscriptum Legum illis a) applicari debent. Omitto etiam tertium de animalibus nocentibus Caput, eoquod actio ex Edicto quoad hunc casum vix non exoleverit: sed loco illius persecutio criminalis ad pœnam arbitrariam pro modo culpæ ac damni detur.

§. IX.

Patet ex ante dictis, favorem Commerciorum, justam inter pretium & mercem proportionem, evitationemque læsionis, hujus Edicti causam fuisse: licebit ergo sequens formare

Ggggggg 2 THE-

y) In Elem. Jur. Civ. ad Ordin. Dig. Lib. 21. T. 1.

z) L. 38. §. 3. ff. de Aedil. Edict.

a) Const. Crim. Carol. Art. 136.

THEOREMA I.

Ubi adeſt læſio inter contrahentes, ibi habet locum hoc Edictum *b*).

Corol. 1. Ad venditiones ergo privatorum, ubi communiter læſio contingit, imo & Civitatum *c*) ac pupillorum *d*) hoc Edictum pertinet.

Cons. Dum ergo fiſcus non præſumitur fallere, in emtionibus fiſcalibus locum non habet *e*).

Corol.

---

b) Ulpianus in L. 1. §. 2. ff. de Aedil. Edict. ſic ait: Cauſa hujus Edicti proponendi eſt, ut occurratur fallaciis vendentium, & emtoribus ſuccurretur, quicunque decepti a venditoribus fuerint. *

* Quid circa hoc Edictum de Jure naturæ obſervandum ſit, deſuper vide Clar. Chriſti. Gottl. Bvderi Diſſ. de vitiis pecorum venalium. Jen. 1740. 4. Sect. I.

c) L. 1. §. 4. ff. eod. Rationem differentiæ inter Fiſcum & Civitatem ſuppeditat L. 16. ff. de V. ſign.

d) Vi Leg. 1. §. 5. eod.

e) L. 1. §. 3. ff. eod. Præplacet mihi tamen Reflexio Leyseri, qui in Medit. ad Pand. Spec. 238. Corol. 2. ſic ait: Aequitati contrarium eſt, quod fiſco res vitioſas ſine metu Aedilitii Edicti vendere permittatur in L. cit. Impie vero prorſus L. 1. C. de condit. in publ. horreis. Qua frumenta in publicis horreis condita, & vetuſtate ita corrupta, ut erogari ſine querela non poſſint, novo frumenta miſceri jubentur, cujus adjectione corruptio velata damnum fiſco non faciat.

Corol. 2. Si contractus sit talis, in quo ex utraque parte intercedit merx v. g. in permutatione *f*), ambo contrahentium ad hoc Edictum ob læsionem recurrere possunt *g*).

Cons. Ubi ergo non intercedit merx & pretium, ut in donatione, Edicto locus haud est *h*).

Coroll. 3. Cum læsio non tantum in Contractibus circa jumenta *i*), imo & omnia pecora, sed & res immobiles aut mobiles ac se moventes contingere queat, in omnibus hisce Edictum obtinet *k*).

f) Adde Divisiones. L. 1. C. com. Divid. Dationes in solutum. L. 19. §. 5. ff. de Aedil. Edict. L. 4. C. de Evict. L. 9. C. de rescind. Vend. An in Locatione obtineat hoc Edictum, controvertunt Authores propter L. 63. eod. Juncta L. 39. ff & L. 2. Locati. Sed parum interest, cum & actio conducti eundem producat effectum.

g) L. 19. §. 5. ff. eod.

h) L. 62. ff. eod. juxta tritum: Einem geschenkten Gaul schaut man nicht ins Maul. Secus tamen, si dolus intervenerit. L. 62. ff. eod. in fin.

i) L. 38. §. 5. seq. ff. eod. quamvis alias angustior sit vocabuli *jumentum* significatio. L. 38. §. 4. ff. eod. L. 65. §. 5. ff. de Leg. 3. Gell. Noct. Att. Lib. XX. Cap. 1.

k) L. 1. ff. de Aedil. Edict. Integrum Catalogum ejusmodi rerum sub hoc Edictum cadentium exhibet Mullerus in Notis ad Struvii Syntagma Juris Civilis Exerc. 27. §. 3. Cessat tamen hoc Edictum in rebus viliori-

Coroll. 4. Cum læſio ſit fundamentum Edicti, patet, non requiri præciſe dolum in animo, ſed ſufficere illum in re.

Cons.

---

bus & minimis.. L. 48. §. fin. ff. de Aedil. Edict. juncta L. 54. ff. de contrah. Emt. *

* Inde recte infert Bvd. cit. Diſſ. Sect. II. §. VI. Non ſolas res principales, ſed etiam acceſſoria illarum Edicti diſpoſitioni ſubjacere L. 33. ff. h. t. modo quid acceſſurum venditor promiſerit, dict. L. 33. & acceſſorium fuerit res ſingularis; univerſitas enim rerum (ceu notum eſt) hoc remedium excludit. cit. L. 33. & L. 32. ff. h. t. Si plures res, ſub uno genere comprehenſæ, venditæ fuerint, & una illarum vitioſa ſit, diſtinguendum eſt, an in omnes res ſimul ſumtas pretium conſtitutum fuerit, an in ſingulas? Priori Caſu omnes ob vitium unius redhiberi poſſunt, L. 34. ff. h. t. l. 44. ff. de contr. Emt. non enim ut ſingulæ, ſed ut omnes emtæ ſunt. Poſterius vero ſi eveniat, & pretium in ſingulas res conſtitutum ſit, vitioſa ſaltem redhibetur, reliquæ emtoris manent; d. L. 34. ff. h. t. dummodo non ſingularis cauſſa, v. g. conſpicuum emtoris damnum ex ſeparatione emergens, vel pietatis naturalis ratio in venditionibus mancipiorum, contrarium ſuadeat, & omnes venditori reddi permittat. Cum autem minima curare magiſtratus haud poſſit, facile intelligitur, venditiones ſimplarias, ſeu rerum vilium ac exigui pretii, hic non attendi, L. 48. §. fin. ff. h. t. niſi quidem vitia omnem illorum uſum intercipiant, quo caſu eos redhiberi poſſe nullum eſt dubium. Vid. Stryk. Vſ. mod. ff. ad h. t. §. 17. & 21.

Cons. Sive igitur mercem dans sciverit læsionem, sive ignorarit, parum intererit *l*).

§. X.

THEOREMA II.

Læsio debet oriri ex aliquo vitio antecedenti *m*) contractum, & qnidem tali, quod usum ejus vel facit deteriorem, vel nullum *n*).

Gggggggg 4 Coroll.

l) L. 1. § 2. ff. eod.

m) L. 54. ff. de Aedil. Edict. *

* Damnum enim, inquit Buderus Diss. Sect. II. § IX. ex vitio perfectæ jam venditioni superveniente exortum ad emtorem tanquam rei dominum, unice spectat L 54. ff. h.t. Et hinc est, quod probare actor debeat, rem tempore venditionis vitiosam fuisse, sec. L. 4. ff. de probat. Præsumtio quidem pro eo militat, si intra triduum post emtionem vitium senserit, vel res vendita perierit, tutius tamen est tali in casu viscera jumenti (vel mancipii) demortui a rei peritis inspici, docente Mev. ad Jus Lubecens. Lib. III. Tit. 6. Art. 14. N. 5. Roevestrunck. Meditat. Aedilit. L. I. c. 3. ut & Ab Esbach. ad Carpzov. part. II. c. 34. def. 18. n. 4. Sic enim præsumtio interdum in manifestam plane mutatur veritatem. Si vero post intervallum vitium demum apparuerit, illud supervenisse præsumitur, donec probetur contrarium. Carpzov part. II. c. 34. def. 18. Lauterbach. Colleg. theor. pract. ad h. t. §. 15.

n) L. 1. §. 7. Item L. 10. L. 12. §. 1. ff. de Aedil. Edict. Inde etiam haud opus est, ut inter vitia animi & corporis distinguamus; ad usum enim emimus, & hoc deficiente, vitium adest.

Coroll. 1. Vitia igitur levia, veluti lippitudinem, dentium auriculæve dolorem, ulcus, febriculam, Aediles non curant o).

Coroll. 2. Hinc si quid ita sanatum sit, ut in pristinum statum restitueretur, perinde habendum est, quasi nunquam morbosum esset p).

THEOREMA III.

Vitium debet esse latens, id est, quod emtor ignoravit, vel facile scire non potuit q).

THEOREMA IV.

Venditor omnia, quæ adesse vel abesse dixerit vel promiserit, præstare debet r).

Coroll. 1. An igitur vel pacto, vel sponsione, vel alio modo quid assertum sit, parum intererit s).

Schol. Sed cum non omne verbum mox & obligationem producat, omnia ad vivum resecanda non erunt, nec ea, quæ laudandi commendandive gratia tantum dicta sunt, statim amare exigenda t).

Co-

o) L. 1. §. 8. L. 3. 4. seq. eod.

p) L. 16. ff. eod.

q) L. 14. §. 10. in fin. eod. L. 1. §. 6. L. 48. §. 2. 3. L. 55. ff. eod. Quodsi igitur vitium, etiamsi latens, sciverit emtor, illud pro vitio amplius haberi non debet. L. 48. §. 3. eod.

r) L. 17. §. ult. L. 18. L. 4. §. 3. 4. ff. eod.

s) L. 19. §. 2. ff. eod.

t) L. 18 pr. §. 1. 2. pr. L 19 pr. §. 3. 4. ff eod.

Coroll. 2. Cum cuivis liceat, juri ſibi competenti renuntiare, hinc ſiquis aliquid circa vitia non præſtanda exceperit, hæc exceptio a norma Edicti excluditur *u*).

§. XI.

Vitia quod attinet, quænam illa ſint, quæ Edicto locum faciunt, omnia ſane in legibus haud ſunt determinata, multum in illis arbitrio judicis relictum: Potiora tamen, quæ pecoribus propria ſunt, hic percurram.

1) Si lingua pecori ſit abſciſſa *x*). 2) Si ungula ſit abſciſſa, membrive quid laceratum, quamvis conſanaverit; ſi tamen ob eam rem minus uſui eſſe poſſit *y*). 3) Si pecus luſcitioſum ſit, id eſt, ſi neque matutino tempore videt, neque veſpertino *z*). 4) Si clavum habeat vel polypum *a*). 5) Latus vel crus brevius ſit *b*). 6) Si claudicet *c*). 7) Si tonſillas habeat inveteratas *d*). 8) Si animal caſtratum

u) L. 14. §. 9. ff. eod. Nec hic omittendum eſt, emtorem ſuper vitiis capitalibus, etiam poſt venditionem plene perfectam, cautionem ſpecialem petere poſſe, quam ſi neget venditor, locum habet redhibitio, etiam ſi de vitio non conſtet. Lauterb. ad hunc Tit. §. 17.

x) L. 8. ff. eod. *y*) Arg. L. 10. ff. eod.

z) Arg. L. 10. §. 4. eod. *a*) Arg. L. 12. eod.

b) L. 12. §. 1. eod. *c*) L. 13. ff. eod.

d) L. 14. §. 8. eod.

pro non caſtrato vendatur *e*). 9) Si mula tali ingenio aut corpore nata ſit, ut transjungi non poſſit *f*). 10) Si bos cornu petat. 11) Mula, quæ ceſſum dat: 12) Jumenta, quæ ſine cauſa turbantur, & ſemetipſa eripiunt *g*). 13) Si animal ſit varicoſum *h*). 14) Si pedibus aut morbo comitiali laboret *i*). 15) Si morbo ſontico ſit correptum *k*).

§. XII.

Habet & Edictum quædam de ornamentis una cum jumentis venditis, quod ſcilicet tantum ornamenta *l*), quæ vendendi cauſa indita ſunt, non quibus antea condecorari conſueverunt, una cum jumentis vendita cenſeantur *m*). Et quod propter unius or-

---

e) L. 38. §. 7. eod. *f*) L. 38. §. 9. eod.
g) L 43. ff. eod *h*) L. 50. ff. eod.
i) Arg. L. 53. ff. eod. *k*) Arg. L. 65. ff. eod. *

* Apprime hic notandum, enumerata hic eſt Sectione ſequenti adhuc enumeranda, non in abſtracto, ſed in concreto, habita nempe ratione cuiusuis laeſi eſſe conſideranda, vt exinde demum concludi queat, cuinam Actioni locus ſit dandus.

7) Drittens die weiters verborgene oder innerliche Mängel betreffend, als da sind: 1) Gewächse in dem Schlund. 2) Keuchen. 3) Schleebäuchen. 4) Sich nicht fütteren, oder in den Baaren göcken. 5) Stössig seyn. 6) Schlagen oder Beissen. Ferner noch bey dem Zugviehe, wann solches 7) nicht ziehen oder schieben will. 8) Weichköpfig, oder 9) Weichfüßig, und 10) Wann solches an denen hindern Füssen scheegig ist. Damit solle es also gehalten werden, daß, wann der verhandlende Theil solchen Mangel nicht weiß, und auf guten Trau und Glauben also sein Viehe dem andern verhandlet, er vor dergleichen Mängel, weil solche bald zu ersehen und vermerken sind, länger nicht dann vierzehen Tage, wann in solcher Zeit selbige angezeigt oder geklagt, und genugsam erwiesen werden, zu stehen schuldig seyn, und nach richterlicher Erkanntnuß entweder das Viehe mit Ersetzung Empfangs und Unkosten zurück nehmen, oder was es geringer geschätzet wird, zu büssen, worinnen jedoch der Käufer die Wahl haben solle. 8) Wofern aber der Mangel dem Verkäufer erweißlich bekannt gewesen, und also sein Nächster von ihm vorsetzlich angeführet worden wäre, so solle auf solchen Fall dem Käufer ein ganzes Viertel-Jahr seine Schadloshaltung wider den Verkäufer oder Verhändler zu suchen vorbehalten seyn, weil dergleichen Handel dem guten Trau und Glauben allerdings zuwider ist.

9) Vier-

9) Viertens die äusserlich gleich sichtbare sofort zu erkennen seyende: auch andere Mängel an allerhand Viehe, als zum Exempel: 1) Ausserhalb dem Leib sichtbare Gewächsbeulen. 2) Böse Näbel 3) Floßgallen. 4) Vollfüß. 5) Hinkend. 6) Abgegangene Klauen. 7) Blumen in Augen. 8) Einäugigt, oder 9) Gar blind. 10) Das Alter. 11) Lederfresser, und alle äusserliche Schäden, Mängel und Fehler werden regulariter nicht gewähret, und hat dahero ein jeder bey dem Handel sich darinnen bestens in Acht zu nehmen und vorzusehen.

10) Es ist aber mit Fleiß gesagt worden: regulariter; dann wann ein Theil dem andern bey dem Contract ein gerecht- und untadelhaftes Viehe, oder daß er vor alle und jede Mängel stehen wolle ausdrücklich versprochen hätte, auf solchen Fall ist er auch schuldig, unumschränkte Gewährschaft zu leisten, und zwar ohne einige Zeitsatzung, wann nur der Erhandler Rechtsgnügig erweisen kan, daß das Viehe allschon zur Zeit des getroffenen Kauf- oder Handels den Mangel oder Fehler an sich gehabt, es mag gleich der Verhandler selbigen gewust, und also den Erhandler hintergangen haben oder nicht; jedoch daß auf den ersten Fall, da nemlich dieser vorsetzlich angeführt worden, der Verhändler auch noch straffällig seyn soll.

11) Fünftens bleibt an sich, wie bereits §. 1. gemeldet worden, festgestellet, daß, wann über die §. 2.

7. und 9. ausgedruckte Mängel auch noch andere beym Handel ausdrücklich gewähret, oder die Gewährschaft auf kürzere oder längere Zeit, oder andere erlaubte Bey-Conditiones und Bedingnusse ausdrücklich gesetzet, oder das zu verhandlende Viehe weiter nicht als biß zur Uebergab vom Platz weg und vor den Stall hinaus gewähret, oder anderst nicht, als wie es vor Augen stehet, zu lieferen gemeldet worden, es bey solchem Austrag und Geding sein Verbleiben haben solle.

12) Ein anders aber wäre es, wann das Viehe einen dem Verhandler verborgenen Fehler hätte, und dieser bey dem Handel anders nichts als vor die Hauptmängel zu stehen sich anheischig machte, und also in gutem Treu und Glauben deshalber stünde, dann solchenfalls behielt der Handel seine Gültigkeit, und müste es dabey sein Verbleibens haben, obschon nach der Hand ein solcher verborgener Fehler sich äusserte, vor den man in seiner Maaß auch stehen müste, wann gleich die Eviction oder Gewährschaft nicht auf die Hauptmängel eingeschränket worden wäre.

13). So viel endlich das gestohlene Viehe anbelanget, da wird zwar solches an verschiedenen Orten mit unter die Hauptmängel gerechnet; allein, weil solcher Fehler des Diebstahls kein natürliches Gebrechen des Viehes (wovon doch eigentlich hier die Rede ist) sondern an und vor sich den Dieb angehet, wovon

allschon

allschon in denen allgemeinen Rechten genugsame Vorsehung geschehen, so lässet man es auch billig dabey bewenden, dergestalt und also, daß wann einem Herrn sein Viehe gestohlen, und hernach an einen andern verkauft wird, dem Eigenthumsherrn, der Anspruch und Klage wider den Besitzer des gestohlenen Viehes so lang bevorbleibet, als lang sein dingliches Recht nach denen gemeinen Rechten währet, und ihm vorbehalten ist; dahero dann der Besitzer, ob er schon in guten Trau und Glauben das Viehe gekaufet, solches, wann jener sein Eigenthumsrecht innerhalb der in Rechten gesetzten Zeit dargethan, ihm dem Eigenthumsherrn ohnentgeltlich zu restituiren und wieder herauszugeben schuldig seyn solle; dargegen der unschuldige Käufer deshalber seine Schadloshaltung an denjenigen, von dem er das gestohlene Viehe erkauft oder erhandlet, völlig zu suchen hat.

14) Welches alles aber, wann es fremde Unterthanen betrift, dahin zu verstehen, wofern nemlich ihre Herrschaften gegen unsere Unterthanen es hinwieder also halten werden. Dann im Fall bey fremden und benachbarten Herrschaften entweder gar keine Gewährschaft, oder doch unter einem engern und kürzern Termin gestattet wird, haben Unsere Räthe und Beamten denen ausländischen Klägern nach Gestalt dero Orts-üblicheu Satzung- und Gewohnheiten das Recht mitzutheilen; es wäre dann, das die ausherrische Klä-

ger von ihrer Obrigkeit die schriftliche Versicherung beybrächten, daß in solchen Fällen in ihrem Land unsern Unterthanen gleiches Recht gegen die Ihrige wiederfahren solle.

Hohenlohisches Land-R. 3 Theil. 4. Titel.

§. XXVIII.

Nürnbergische Statuta.

Wann einer dem andern ein Pferd verkauft, so ist er gegen dem Kaufer, nach Herkommen dieser Stat, für die volgenden Wändel zu steen, verpflicht, nemlich für Rotzig, Reudig und Harschlechtig, vierzehen Tag lang nach beschehenen Kauf und Zustellung des Pferds.

Were aber das verkauft Pferd geraubt oder gestolen, und der Kauffer dasselb widergeben müst, so ist der Verkauffer den Kauffer schadloß zu halten schuldig.

Wurden dann Schwein, oder andere dergleichen Thier, die der Schaw bedörfen, verkauft, die sollen durch die Schaw dem Kauffer gefertigt werden, und die Werschaft 14 Tag, wie oblaut, besteen.

Nürnbergische Reformation *Tit.* 16. *Leg.* 4.

§. XXIX.

Ordnung zu Frankfurt.

Juxta reformationem Civitatis Francofurtensis P. 2. Tit 9. §. 4. quatuor sunt vitia, quae sufficiunt ad re-

rescissionem venditionis equi, 1) Geraubt, oder gestohlen, 2) Haarschlechtig, 3) Stetig, 4) Hauptsiech, als mohnäugig, oder rotzig.

Wollte dem Käufer bedunken, daß das Pferd mit einem Wandel beladen, so soll er solches dem Verkäufer, da er noch beyhanden, oder da er verreiset, seinem Wirth, bey dem er damals zur Herberge gelegen, verkünden, fürterst an seinen Gast förderlich gelangen zu lassen, darauf das Pferd in eine offene Herberge ziehen, und daselbsten 4 Wochen stehen lassen, und dem Wirth dasselbige befehlen, er aber und auch der Verkäufer mittlerzeit dabey nicht kommen, sondern die vier Verordnete, so darüber beeydiget seyn, welche, so oft sie es vonnöthen achten, darüber gehen und das Pferd mit Fleiß besichtigen sollen. Sodann nach Verfliessung 4. Wochen und eines Tags dieselbe vier Meister bey ihren gethanen Eyden das Pferd des geklagten Mangels rein erkennen, so muß der Käufer das Pferd behalten, und die Atzung, auch den Meistern für ihre Besichtigung in allen 2. fl. und 10. kr. bezahlen. Befindet sich aber das Pferd nicht rein, so muß es der Verkäufer wieder nehmen, die Atzung und andere gemeldete Unkosten bezahlen. Würde aber der Käufer 4. Wochen verfliessen lassen, ehe dann er des Pferdes halben Mängel klagte, ob sich gleich deren einer hernach befände, so soll doch der Verkäufer das Pferd wieder zu nehmen nicht schuldig seyn.

Ita Concl. Civit. Francof. de 30. Mart. 1626. apud Schilt. *prax. Jur. Rom. Exer.* 34. §. 15. *Lit. a.*

§. XXX.

Würtembergisches, Vorder-Oesterreichisches und Baaden-Baadisches Recht.

Nachdeme wir schon mehrfältig wahrzunehmen gehabt, daß sich zwischen unsern und der benachbarten Herrschaften Unterthanen, in Ansehung zwischen ihnen häufig vorfallenden Viehhandels, dadurch vielfältige Strittigkeiten erhoben, daß man in Bestimmung der Hauptmängel bey Pferden, auch Horn- und übrigen Vieh- ingleichen wegen der Zeit der hierunter zu leisten habenden Gewährschaft, ganz unterschiedenen Grundsätzen gefolgt, und Wir nun zu Abschneidung der hieraus erfolgten Inconvenientien wegen Ausstellung eines gemeinschaftlichen Regulativs sowohl in diesseitigen, als den Vorder-Oesterreichischen und Fürstlich-Baaden Baadischen Landen, mit beeder Länder Herrschaften Uns einverstanden haben; Als wollen Wir in Gefolg dessen hiemit gnädigst verordnet haben, daß

1mo Bey Pferden

1) Diejenige, welche rotzig oder ritzig sind, es seye hernach solches Hirn- oder Lungen-Rotz. 2) Alle Arten von Kolderen. 3) Was krätzig, fistlicht, würmicht, hauptmörtig ist, als worunter überhaupt alle unheilbare Unsauberkeiten, z. E. Krebslöcher in denen

Oh-

Ohren, Kienbacken, Schlauch und Eutern verstanden werden. 4) Herzschlächtig. 5) Wehrtägig, und 6) Mondblind ist, als mit würklichen Hauptmängeln behaftet angesehen, und derowegen für die fünf erste Gebrechen vier Wochen und drey Täg, für die Mondblindsucht aber acht Wochen Gewährschaft geleistet werden solle. Eben so sollen

2do Bey dem Hornvieh.

1) Hirschig, wänigt, zepsig oder pferlich. 2) Wehetägig. 3) Typplich oder umlaufig, und 4) lungenhart, herzweichig oder übergallig, als Hauptmängel angesehen werden, wobey der Verkäufer für die sub Nro. 1. benannte Mängel zwey Monath, für die übrige aber vier Wochen und drey Täge Gewährschaft zu leisten haben solle.

3tio Bey denen Schaafen

Sollen die nasse und trockene Raud, oder der sogenannte Anbruch als ein Hauptmangel angesehen, und desfalls von dem Verkäufer zwey Wochen und ein Tag Gewährschaft geleistet werden.

4to Bey denen Schweinen

Sollen 1) die Lungenfäule und 2) die Pfinnen, als Hauptmängel angesehen, und desfalls von dem Verkäufer vier Wochen und drey Tag lang Gewährschaft geleistet werden.

5to Bey denen Geissen

Solle der Verkäufer dem Käufer überhaupt fri-

sche und gesunde Waar zu lieferen, widrigenfalls aber allen Schaden auf sich zu leiden haben.

Wir lassen euch demnach diese Unsere gnädigste Willensmeynung zu dem Ende zugehen, damit solche nicht nur euren Amtsunterthanen behörig publiciret, sondern auch bey vorkommenden Streitfällen in judicando sich darnach geachtet werden möge. Daran geschiehet Unsere Meynung. Stuttgard den 17. Febr. 1767.

§. XXXI.

Hessen-Casselisches Mandatum.

Nicht weniger verordnen Wir auch, 1) daß es bey dem Viehkauf in Ansehung des mangelhaft befundenen Viehes nach dem Römischen Recht, jedoch dergestalt, daß die Actio redhibitoria intra sex menses continuos, die Actio quanti minoris aber intra annum continuum anzustellen ist, gehalten, und demselben, unangesehen der hier und da etwa eingeführten widrigen Gewohnheit, schlechterdings nachgegangen, im übrigen aber bey Pferden insonderheit die Wandelung nur innerhalb sechs Wochen wegen eines oder des andern binnen dieser Zeit verspührten Hauptmangels statt finden, mithin, wann der Mangel zur Zeit der Klage würklich vorhanden ist, ohne weiteren Beweis, ob das Pferd solchen tempore Contractus schon an sich gehabt habe, oder nicht, auf die Redhibition oder Wandelung erkannt werden soll. Gleichwie

wie jedoch dem Verkäufer, wann er sich zu beweisen erbietet, daß der Gaul mit dem geklagten Hauptmangel tempore Contractus noch nicht behaftet gewesen, solches frenzulassen ist; also bleibt im Gegentheil dem Käufer, wann er erweisen will, daß der Gaul den geklagten Hauptmangel tempore Contractus schon an sich gehabt, und demselben z. E. der Roß gestopft worden, sothanen Beweis gehörig beyzubringen, dergestalt unbenommen, daß er damit auch nach sechs Wochen innerhalb obbestimmter sechs Monate gehöret werden soll. Es sind aber ausser dem, daß der Verkäufer eines etwa gestohlnen oder geraubten Pferds, wie bey allen anderen gekauften Sachen, die Gewähr leisten muß, als Hauptmängel anzusehen, wann ein Gaul 1) rotzig, 2) kollerig oder stetig, wohin zu rechnen ist, wann ein Gaul also im Geschirr schlägt, daß der Käufer solchen nicht anspannen, und zu dem Behuf, wozu er ihn gekauft hat, nicht brauchen kan. 3) Wann ein Gaul bauchbläsig (schlehbäuchig) hartschlechtig (dämpfig) und 4) Wann er staarblind ist], daß solches nicht in die Augen fällt, ob es gleich von Roßverständigen erkannt, und folglich auch bey diesen für keinen Hauptmangel angesehen werden mag.

Ita die Hessen-Casselische Verordnung *de dato* Weissenstein vom 17. Merz 1767.

§. XXXII.

Jus Saxonicum.

In Saxonia equi ob tria vitia ſolum redhibentur, ſi nempe equus 1) ſit retrogradus, ſtetig, 2) cæcus, ſtarrblind, & 3) ſcabioſus, haarſchlechtig. Weichb. Art. 97. Carpz. P. 2. C. 34. Def. 17., quibus Glossa ad d. Art. 97. 4) addit, ſi equus ſit pituoſus, roʒig, quod tamen cum hac limitatione intelligendum, niſi venditor alia etiam vitia ſciverit, & fraudulenter ea celaverit, Richter. Dec. 95. n. 30. Struv. ad ff. Ex. 27. th. 5.

Ita Stryk. Uſ. mod. ad Lib. ff. XXI. Tit. 2. §. 18.

Heineccius vero in Elem. Jur. Germ. L. 2. T. 13. §. 398. ſic habet: Jure Weichb. Art. XCVII. venditorum equorum quatuor vitia pro capitalibus habentur: Wann es ſtetig iſt oder ſtarrblind, oder unrechter Ankunft, oder hartſchlegig. Plura, quæ Jure Saxonico obſervantur, vide in cit. Diſſ. Buderi Sect. III. §. XVI. ſeqq.

§. XXXIII.

Wratislavienſia Statuta.

De hujus Civitatis Conſuetudine ſic refert Stryk. loc. cit., Wratislaviæ, prout a perſona fide digna nobis relatum, ita obſervatur, daß bey Verkaufung eines Pferdes der Verkaufer die Landgewähr præſtiren, und dafür 4. Wochen ſtehen

muß,

muß, daß nemlich das Pferd 1) nicht gestohlen sey, 2) nicht herzschlägig, 3) nicht starblind, und 4) nicht rotzig sey, wann es probiret wird, so durch den Habervogt und Kammerreuter geschiehet; so ist vor dem Schweidnitzischen Thor ein gewisses Ziel, wohin es in vollem Lauf geritten, und dadurch dieses vitium erforschet wird. Interdum ita quoque, daß das Pferd im Marstall oder auch ausser demselben auf der Gasse, oder vorm Schweidnitzischen Thore einigemal auf und nieder geritten, und dadurch die Herzschlägigkeit probiret wird.

§. XXXIV.

Lubecensia Statuta.

Jure Lubecnesi generaliter statutum deprehenditur L. 3. Tit. 9. Art. 24. Werden verkaufte Ochsen, Schweine, Hammel, und ander Vieh ungesund befunden, die muß der Verkaufer wieder zu sich nehmen. Hat er darum Wissenschaft gehabt, und also vorsetzlichen ungesund Viehe verkauft, soll er derentwegen vor der Wette gestrafet werden.

§. XXXV.

Jus Bavaricum recentius

Tit. VI. art. 4. sic habet: So einer dem andern ein Roß, Schwein oder dergleichen Thier, die der Beschau bedürftig, zu kaufen giebt, er verspreche ihm dafür oder nit, so soll er ihm das für rechtfertig gewehren, und so es ein Roß ist, soll er ihm verpflicht

seyn

seyn, für die hernach folgende drey Mängel, als rotzig, reidig, und Herzschlachtig, und dafür solle er verpflicht seyn vierzehn Tage. Wo es aber geraubt oder gestohlen wer, darum soll der Verkaüffer allweg verpflicht seyn, den Käuffer schadlos zu halten.

§. XXXVI.

Jus Hamburgense

Adhuc rigidius est, & commerciorum favorem, ne ullis litibus interpellari possent, unice præ oculis habuisse videtur, adeo, ut venditorem de nullo plane vitio, non animalium tantum, sed & aliarum mercium publice venditarum, teneri velit, verbis part. Tit. VIII. art. 17. in hunc modum conceptis: Wann ein Mann Korn, Holz, Ochsen, Schweine, Schaafe, Pferde, und dergleichen fahrende Haab auf dem freyem Marckte, oder auch in den Schiffen besehen, und gekauft hat, auch darauf an seine Behausing und Gewehr bracht, das muß er ohne alle Exception gelten, und bezahlen, es wären dann ihre Vorworte anders, i. e. nisi expresse aliud inter ipsos convenerit. Vid. Mevius ad Jus Lubec. Part. III. Tit. III. art. 15. n. 13.

EPILOGUS.

Et hæc de vitiis pecorum pro Speciminis brevitate dicta sufficiant.

SEC-

SECTIO I.
OPVSCVLVM XLI.

IOS. MAR. SCHNEIDT etc.

ORATIO *
DE EVICTIONE,
IVXTA

IVS GERMANICVM IN GENERE ET IVS FRANCONICVM IN SPECIE.

§. I.

In Dissertatione, quam nuper sub Titulo de Fontibus iuris franconici emisi, ad subsidia huius Iuris etiam Diplomata medii aeui me retulisse memini: De illis asserui, quod ad explicationem verborum tum temporis vsitatorum, nunc autem obscurorum multum conducant. Supperunt pro probanda hac assertione quam plurima exempla, & de eiusmodi verbis nunc obsoletis occurrunt varia, sic vt aliqua recenseam:

Gran-

* Hanc Orationem habui, dum 7. Sept. 1774 Clarissimo Domino LAVRENTIO SCHEFFER, modo Cancellario Caesareensi gradum Licentiatus in huiate Vniuersitate conferrem.

Grangia: Marenatha: Nummi miſſales: Iournale: Heinberge: Skekin: Zappha: ſine Vara: Auca: Beguina: in vna Pecia: judicium in platea: Mezze: In Boſchko: Ein Malter Kees: Urſätz: promittere ſtipulam: Disbrigare: Schlachtrecht: Neckebauren: der Official vor der rothen Thür: Emshant: Einlager: Wehrſchaft & reliqua.

Omitto hodie verborum explicationem, eam alii reſervans occaſioni: De unico tantum in praeſentiarum mihi ſermo erit; de evictione ſcilicet in Germania & in ſpecie in Franconia olim uſitata vulgo von der Wehrſchaft.

Generalia pars Orationis prior, franconica poſterior exhibebit, & dum ſimul hoc actu anno ſcholaſtico finem impono, Principium, mediumque Deus Colophona ſecundet; Favete!

§. II.

Si rem quamdam in alium titulo oneroſo translatam volumus, ipſa ſana ratio ſuadet, vt ei & rem habere liceat; ſicque fluit, ſi res ſine alterius culpa & ſaluo Iure ei ademta ſit, illi ad omne damnum reſarciendum alium obligatum eſſe. Appellant hoc Iurisconſulti euincere, euictionem praeſtare, quam euictionis praeſtationem naturalibus contractus oneroſi ideo accenſent, quia omni quidem contractui ineſſe praeſumitur, per pactum tamen illi renuntiari poteſt.

Sed

Sed quamuis haec principiis Iuris naturalis apprime conueniant: in eo tamen adhuc restat dubium, quanto tempore venditor v. g. emtori obligetur ad praestandam euictionem. Et in his Iura ciuilia diuersarum regionum haud quaquam conuenire, conferenti Iura prouincialia & Statuta locorum clarissime patebit. Meum hic non est, in regulas Iuris Romani inquirere, sed quid in Germania, quid in Franconia olim, quid hodie moris sit, paucis indagare.

§. III.

Dum hodie circa tempus euictionis praestationi praefixum in Franconia nostra leges Romanas obtinere quotidiana demonstret praxis, nisi quod circa animalia redhibenda in paucis deflectat, superuacaneum videri posset, in anteriora inquirere: imo fundamento haud destitueretur, qui semper sic fuisse arbitraretur: Cum autem & antiquiora scire volupe, & Iurium mutationem inde euoluere vtile sit, ad medium aeuum pedem refero, ibique longe alia Euictionis tempora statuta fuisse inuenio. Circa initium Saeculi 14 scilicet de anno 1305 occurrit mihi charta emtionis bonorum in Steinbach inter Eberhardum maiorem & Conradum de Rosenberg fratres Venditores ex vna, & Abbatiam Bronnbacensem emtorem ex altera parte celebratae; in qua haec verba occurrunt:

„Ad

„ Ad Warandiam igitur, quae vulgariter Wertschaft dicitur, de dictis bonis memoratis religiosis Viris Abbati & conuentui ad *annum & diem* sicuti de bonis proprietariis de Iure fieri consueuit, faciendam Nos Eberhardus & Conradus fratres saepe dictis Abbati & Conuentui nos per praesentes obligamus.

Ex quo concludo: de bonis proprietariis, vulgo eigenen Güteren seu allodiis per annum & diem tantum euictionem praestari de Iure fuisse praescriptum.

Confirmat idipsum alia Charta emtionis bonorum in Bulferikheim confectae in verbis:

Promittens nihilominus veram & consuetam Warandiam, quae nuncupatur Wertschaft facere ad annum & diem de Curia sic vendita, & proprietate ipsius, prout de propriis bonis fieri est consuetum.

§. IV.

Ne autem obverti possit, hoc tempus tantum alicui districtui proprium, nec ad integram Franconiam extensum fuisse, hoc dubium aliis chartis dissoluam, Sic enim charta emtionis bonorum in Oberwittighausen de anno 1371. clare exprimit:

Wir verbinden uns die obbeschriebene Güter allesamt zu verthädigen Jahr und Tag, und allso lang, wie Recht und Gewohnheit ist, in Frankenland gegen allermänniglich.

Item

Item alia charta ſuper bonis in Rinderfeld.

„ Wir geloben auch denen ehegenannten Käufe-
„ ren die vorgenannte Gült, und Güter, mit aller
„ Zugehörde zu verthätigen, und zu wehren für ei-
„ gene und ledige Güter gegen allermänniglich Jahr
„ und Tag und allſo lang, wie in Franken Ge-
„ wohnheit und Recht iſt.

Cui plenarie conſonat alia Charta de 1377. ſuper bonis in Rinderfeld.

„ Und geloben auch für uns und unſere Erben
„ deren vorgenannten Käuferen und ihren Nachkom-
„ men, die vorgemeldte Güter und Gült alle und
„ jegliche beſonder zu verthädigen und zu gewähren,
„ unverſezt, unverkauft und unbekümmert anderſt-
„ wo, Jahr und Tag, und allſo lang, als des Lands
„ zu Franken Gewohnheit und Recht iſt.

Sufficiunt haec, ni fallor, ad probandum, evictionem de bonis propriis ſeu allodiis anno & die conſtrictam fuiſſe in Franconia: De bonis autem feudalibus hæc aſſerere non audeo, cum Feudorum longe alia fuerit ratio.

§. V.

Superſunt autem adhuc alia inquirenda; an hoc Jus Franconiae fuerit ſolitarie proprium? quid per annum, & in ſpecie per diem adjectum fuerit deſignatum? & quo modo denuo in. deſuetudinem abierit?

§. VI.

Si id, quod ſentio, dicere licet, Evictionis praeſtationem vix non in tota Germania ad annum affixam fuiſſe credo: Sic enim jam in formulis Marculfi & Bignonianis a) quae ad Saeculum ſextum pertinent, etiam reſpectu rerum animatarum & mobilium invenitur hæc formula:

„ Sed in omni corpore ſcimus, eum ſanum
„ usque ad annum & diem.

In Lege ab Epiſcopo Wormatienſi Burchardo Familiae ſancti Petri denen biſchöflichen Hofbedienten, circa annum 1024. b) ſic Numero VI. legitur.

„ Si quis praedium vel haereditatem ſuam infra
„ Familiam vendiderit, & aliquis haeredum ſuo-
„ rum praeſens fuerit, & nihil contradixerit,
„ vel ſi abſens aliquis haeredum eſt, poſtea reſci-
„ verit, & ſi *infra Spatium illius anni* hoc reti-
„ nuerit, poſtea Jure carebit.

In Speculi Saxonici libro 1. Articulo 34. item Jure Allemannico Provinciali cap. 312. ſic Legitur:

„ Welcher Mann einem Herrn ſein Gut giebt,
„ und er ihm des hernach wieder zu einem Lehen

„ lei-

---

a) Apud BALVZIVM Tom. II. Capitularium p. 497.

b) In SCHANNATI Tom. II. Hiſt. Epiſc. Worm. in Cod. probat. p. 45. exhibita.

„ leihet, der hat keine Gabe mehr an dem Gute
„ zu bereden; Er hätte es dann Jahr und Tag
„ hernach in seiner Gewehre behalten, von der
„ Zeit als er diesem zu Lehen thät. Er mag es
„ aber darnach sicherlich jenem wohl wieder leihen,
„ also daß er noch seine Erben, kein eigen For-
„ der daran bereden mögen, sonder Lehen.

In Priuilegio, quo Otto puer Dux Brunsuicensis *c*) Anno 1241. vrbem Hanoueram insigniuit, haec habentur formalia:

„ Domus vel quaecunque possessiones, si ab „ aliquo manifeste & quiete possidentur per an„ num, ab eo amplius alienari nec poterunt, nec „ debent.

Idem Otto ciuitati Luneburgicae anno 1247. *d*) hoc concessit.

„ Adjicimus etiam, vt quicunque intra Wicbe„ lede haereditaria bona comparauerit, & per an„ num & diem quiete possederit, vicinior erit „ cum iustitia sua obtinere, quam aliquis ab ipso „ exquirere ea possit.

Idem concedit Ioannes Dux Brunsuicensis anno

c) Apud Pfeffing. P. II. der Braunschweig-Lüneburgischen Historie p. 955.

d) Apud Rethmeyerum in der Braunschweig-Lüneburgischen Chronik Tom. II. p. 1833. n. 7.

1270 oppido Lowenwald, quod hodie Vlissaea, Ulzen appellatur. *e*)

Henricus V. Imperator in confirmatione Priuilegiorum Spirensium *f*) sic statuit:

„ Siquis curtem vel domum per annum & diem
„ sine contradictione possederit, nulli hoc interim
„ scienti vltra inde respondeat.

Quod ex post Carolus IV. anno 1347. confirmauit. *g*)

§. VII.

Ciuitates Hamburgum & Lubecea adhucdum hodie hoc iure vtuntur, vt anno elapso emtor vsucapionis beneficio ab omni impugnatione tutus viuat. *h*)

Lin-

---

e) Apud Pfeffing. loc. cit. p. 341.

f) Apud Lehm Chron. Spir.

g) Lehm. Chr. cit. Lib. VII. cap. 4. prout etiam apud eundem Lib. IV. cap. 22. Chartae occurrunt de annis 1294. & 1316. quae sic habent:

„ Constituens se Warandum redituum eorum su-
„ per domibus praelibatis per annum & diem iux-
„ ta Ius & consuetudinem Ciuitatis Spirensis.

h) Vid. Statuta Hamb. P. III. Tit. III. art. 18. Hamburgisches Stadtrecht. P. 2. Tit. VIII art. 6. & 7. P. II. Tit. VI. art. 14. P. II. Tit. 30. art. 3. P. II Tit. 19. §. 3. Ius Lub. Lib. 3. Tit. 6. art. 3. Lib. 5. Tit. 6. art. 1. Apud Riccivm de Praescr. germ. cap. 6. §. 3. 4.

Lindauienſibus idem Ius couceſſit anno 1275. Rudolphus Romanorum Rex. *i)* nec non Ciuitati Buchhorn. *k)*

In toto Belgio id obtinere larga manu producens ſtatuta & Chartas probat VAN LEEWEN *l)*

Obſeruatur idipſum in ciuitate Wratislauienſi. *m)*

In Ciuitate Sorau Luſatiae inferioris *n)*

In Ciuitatibus Bohemiae *o)*

Occurrunt praeterea quam plurimae in diuerſis prouinciis deſuper confectae Chartae: Sic de Ciuitate Wormatienſi ad annum 1262 producit chartam GVDENVS *p)*.

Aliam IOANNIS *q)* de 1268.

Aliam MEICHELBECK *r)*

Lllllllll 3 Item

---

i) LVNIG. R. Arch. P. Spec. Cont. IV. p. 1298.

k) LVNIG. ib. p. 708.

l) In Cenſ. for. Lib. IV. cap. 24.

m) Der Stadt Breßlau Gerichts- und Prozeß-Ordnung apud DE WEINGARTEN Codice Ferd. Leop. Ioſ. & Carolino p. 103.

n) Ioann. Sam. MAGNVS in der Beſchreibung der gräflichen Reſidenzſtadt Sorau §. 14.

o) Böhmiſches Stadtrecht cap. 29.

p) Syll. I. Diplom. p. 238. SCHANNAT loc. ſupra cit. num. 150.

q) In Tab. lit. Spicilegio I. p. 289.

r) Tom. II. Hiſt. Friſing. Inſt. p. 78. n. 128.

Item Gewoldvs de anno 1289. *s*)

Ex quibus omnibus Euictionis praestationi annale tempus praescriptum fuisse abunde constat.

§. VIII.

In priori orationis parte tempus annale euictioni in Germania constitutum fuisse demonstraui, sed vt propius Franconiae nostrae accedam, praeter supra enumeratas prouincias etiam in palatinatu, & in electoratu Moguntino, nec non in ciuitate Norimbergensi, imo & in Ducatu nostro Ftanconico hoc Ius per leges inualuisse paucis adhuc probabo. De palatinatu testatur Schilteryvs *t*) sistens tabulas emtionis venditionis inter Rupertum Electorem palatinum & Dominos de Eberstein anno 1345 exaratas, quae sic habent:

„ Und derselben eigen Stadt Bretheim mit alle
„ ire Zugehöhrde, als da vorgeschrieben stet, sol-
„ len wir und unsere Erben in und Sie Erben
„ Jahr und Tag nach des Landes Recht und Ge-
„ wohnheit gewähren.

De

s) In Hvnd Metrop. Salisb. Tom. 2. p. 28. Idem aliud de 1301. loc. cit p. 29. Pfeffing. loc. cit. ad annos 1308. 1319. & alii plurimi apud Riccivm loc. cit. cap. 11. §. 8.

t) In thesauro Antiquitatum Teutonicarum Tom. III. p. 824. voce Warre.

De electoratu Moguntino exhibet Io. TRITHEMIVS *u*) Documentum huius tenoris:

„ Heinricus Nobilis vir natus quondam Simo-
„ nis Comitis de Sponheim Castrum Bekelnheim
„ cum villis castrensibus Wernhero Archiepiscopo
„ Moguntino vendens promittebat, Archi- Epis-
„ copum de castro & bonis eiusdem *per anni &*
„ *vnius diei spatium* prout iustum & consuetum
„ fuerit warendare. Actum Moguntiae A. D. 1278.

§. IX.

Iuxta reformationem Noricam *v*) res mobiles inter praesentes trimestri, inter absentes anni & diei spatio vsucapiuntur. Et vi Tit. 16. L. 5. ad euictionis rerum immobilium praestationem, si emtor habitauerit in ciuitate, *per annum & diem*: Sin autem extra ciuitatem & in prouincia seu rusticorum iudicio (dem Bauren Gericht) subiectus fuerit, per quadriennium adhucdum obstringit venditorem. Si vero intra dictum temporis interuallum venditorem haud interpellet emtor, eo praeterlapso euictionis praestandae expirat obligatio. *w*)

---

u) Chron. Sponheim. in eius oper. part. alt. p. 289.

v) Tit. 16. leg. 9.

w) §. Wann liegende Haab & §. würden aber solche rc. Ref. Nor. Tit. 16. L. 5.

§. X.

Accedit iam huic ſententiae lex expreſſa antiquior Franconica: Proiectum Friſaeum ord. Prou. de anno 1536. cuius art. 99. & 100. * ſic habent:

§. 99. Wehr-Bürg iſt nach alten Landts-Gebrauch nicht anderſt zu verſtehen, dann Jahr und Tag. Aber ſchlechte Bürgen die ſeindt ewig zu achten.

§. 100. Wie lang ſich Wehrſchaft erſtrecke? Wehrſchaft der erkauften Güter, die frey eigen seynd, damit von Rechtswegen zu thun und zu laſſen, und in welcher Verkaufung kein Argliſt oder Betrug gebraucht, ſonder redlich, recht und beſtändig gehandelt worden iſt, im Land zu Francken ein Jahr und Tag, ſo die verſchienen, iſt die Wehrſchaft genugſam vollendet.

§. XI.

Quod per annum intellectus fuerit, annus civilis continuus, de eo vix eſt dubium: quid vero per diem adjectum, dubio expoſitum ex eo autumo, quod dies in Saxonia ſignificet 6 Sept. 3. dies, cum enim in Germania trinae ante condemnationem requirerentur citationes, quaevis autem quindenam contineret, ſex Septimanae junctis tribus diebus evenient: Hamburgenſes econtra, Lubecenſes & Norimber-gen-

* Vid. huius theſ. Sect. I. p. 190.

genses per diem Spatium 24 horarum intelligunt. *x*) Jure Borussico autem 6 Hebdomadibus concluditur. *y*)

§. XII.

Sed si conjecturae locus sit, opinor in Franconia 24 horarum Spatium diem determinasse, ad quod moveor, dum 1) in Lege nostra expresse Illegitur **ein Jahr und ein Tag**, sicuti ergo annus est unicus communis, sic & de Die erit intelligendum: 2) Constitutiones v. g. Saxoniae se non exprimunt per **ein Jahr und ein Tag**; sed simpliciter **Jahr und Tag**. Accedit 3). quod Norimberga civitas Franconica adhucdum diem naturalem intelligat. & 4) in Electoratu Moguntino Tractui Franconiae partim vicino, partim inclavato, & unius dici expressa fit mentio in verbis Diplomatis supra allegati:

Per anni & UNIUS DIEI spatium Warandare.

§. XIII.

Quomodo autem in Franconia nostra hoc jus exoleverit, ex eo provenisse autumo, quod, quamvis Projectum Frisaeum in subsequentibus ordinationibus pro norma praescriptum fuerit, attamen compilato-

Lllllll 5 res

x) RICC. loc. cit. p. 117. MEV. ad Ius Lubec. L. VIII. art. I. n. 6.

y) RICC. cap. 13. §. 14.

res ordinationis de Anno 1570. hunc paragraphum omiserint, hinc nec in hanc, nec in illas de 1580 aut 1618. relatus fuerit, sicque Jus Romanum per Universitatis incrementum valde promotum consuetudinem antiquam profligavit. Superest tamen in Franconia nostra praescriptionis ejusmodi annalis licet in alia materia viridis Observantia: Sic quamvis de Jure Romano Querela inofficiosi quinquennio, nullitatis autem testamenti dictio 30 demum annis extinguatur, de Jure tamen Franconico anno expleto amplius locum non habet z).

In Germania autem hoc ex annali evictionis praescriptione superest; quod Juri retractus gentilitii, quo Gentiles sine consensu alienata communiter euincebant, etiam annus praefinitus sit. *

---

z) Ord. Prou. P. 3. Tit. 57. §. 1.

* Conf. Walch de Retractu Tit. 5. Lib. I.

SECTIO I.

OPVSCVLVM XLII.

IOS. MAR. SCHNEIDT, ETC.

SPECIMEN *

IVRIS FRANCONICI

DE IVRE RETRACTVS.

SECTIO I.

SISTIT DEFINITIONEM IVRIS RETRACTVS.

§. I.

Jus retractus a) aliud nihil est, quam Privilegium Juris, vi cujus tertius intra certum terminum se offerens, Jus, quod per Emtionem Emtor acquisivit, in se transfert, Emtorisque vices sine alterius damno sustinet.

§. II.

---

* Hoc Specimine Collegia mea Anno 1767. indixi, quod modo multo auctius hic prodit: nemo autem credat, me integram Retractus materiam, paucis hisce pagulis enucleare velle; sufficiet ea dixisse, quae praemissis generalibus, Ius Circuli Franconici, & in specie Ducatus nostri Ius speciale concernunt.

a) Hoc Jus pro diversitate Regionum & circumstantiarum

§. II.

Privilegium Juris.

Retractum Privilegium Juris esse dixi; patet igitur, quod ex Jure communi de se non fluat, sed specia-

rum diversas recipit denominationes, sic vocatur *Jus reluitionis*, *Jus congrui*, a verbo initiali L. 4. C. de loc. præd. Civil. qua legalitatem hujus Juris multi Doctorum probare nituntur: *Jus Protimiseos*, quod tamen potissimum vi pacti competit, sicque pacto de retrovendendo magis affine est, & communiter ante traditionem suum exserit effectum. *Præbonorarium:* Einstands=Recht: Fürkauf: Vorgeld: Kauftritt: Richter Consf. 312. vol. 2. n. 14. Abtrieb, ZugRecht: Näher=Geltung: Vorzug: das Gespielde; cum sæpius usu veniat, si plures æquali Jure gaudentes concurrant, rem sorte, durch das Spiel, dirimi vel dividi; unde & vocatur das Spaltungs=Recht; Losung, b) Erblosung, Beschüttung, Theil=Losung, Marck=Losung: *Recompre*, vel Recompere apud Argent. vol. 2. C. 33. n. 5.

b) Losung, præter significationem illi hic attributam, alias adhuc recepit, sic apud Venatores designat excrementa feræ. In Saxonia Auslösung denotat illas expensas, quas Status provinciales in Comitiis provincialibus vel equestribus congregati a Principe pro modo servitiorum recipiunt: Ahasv. Fritsch. Tract. de Conventibus Provincialibus. Ordinatio Judicii Rottwilensis utitur hoc verbo pro synonimo vocis Kreiden, unde Crida; qua significatur signale bellicum.

cialiter vel per legem vel per consuetudinem introduci debeat, cumque naturam habeat Privilegii, illud, utpote de rebus privatorum constituens, & cum non ex sola gratia Superioris proveniat, stricte esse interpretandum: sicque Jus retractus vigere, non esse præsumptionem aliquam Juris, sed alleganti, Jus retractus esse in usu, incumbere asserti sui probationem.

§. III.

Sunt equidem, qui hoc Jus * jam lege Mosaica fuisse introductum contendunt, provocantes ad Levit. cap. 25. v. 25. Ruth. c. 4. v. 3. Numer. 36. v. 9. Jerem. c. 32. v. 7. & 8. Sed si penitius verba & eorum sensum rimemur, facile patebit, citatos textus Levit. & Jeremiæ de aliquo Jure protimiseos sive Jure præ aliis emendi loqui, neutiquam vero ad Jus retractus modernum applicari posse, & potissimum eo tendere, ut post semi-sæculum, tempore Jubilæi, bona iterum ad tribum, a qua provenerunt, redeant.

cum. WEHN. Obs. Pract. voce Kreiden. Norimbergæ die Losung entrichten, idem est ac Collectas solvere, & Receptores Collectarum die Losungs-Herren vocantur. WEHN. Lib. cit. voce Lösen.

* Historiam huius Iuris valde amplam exhibet Carl Friedrich Walch das Näher Recht systematisch entworfen. Zweyte Auflage. Jena 1775. in gr. 8vo. Vbi etiam recensentur Authores de hoc Iure tractantes.

deant. Num autem hæc sententia aliquod habeat fundamentum, infra, ubi de singulis illius speciebus agemus, occurret mentio. *

§. IV.

Tertius Jus Emtoris in se transfert, Emtorisque vices sustinet.

Ex eo, quod tertius in locum emtoris succedat, sequitur 1*mo*, quod retractus sit aliqua emtionis species, quæ tacite inter venditorem & reluentem conficitur, & per retractus declarationem constituitur. 2*do* Emtorem ipsum non amplius pro emtore haberi, sed eum a retrahente repræsentari *c*). 3*tio* Omnia igitur Jura primo emtori competentia transeunt in reluentem, & contra reluentem omnia ea venditori competunt, quæ illi erga emtorem Lege sunt concessa *d*). Prout ergo 4*to* Emtor primus contractum adimplere tenebatur, sic & retrahens omnia, ad quæ se emtor obligavit, ut expleat, necesse est.

Ex

* Conferatur de hoc Iure apud Iudaeos stabilito antiquioribus Sabi Moses, ben Maimon in Tractatu Halacka Schemitta Vejobel. Cap. VI. §. 17. seq. Inter recentiores Melch Leideker de Republ Ebraeorum Lib. V. c. 11. p. 310. Georg. Gotze Diss. de Redemt. Ebraeorum Cap. XII. §. 7. Michaelis Ius Mosaicum Lib. II. 73. 21.

c) Surd. in Cons. 424. n. 19. vol. 3.

d) Besold. P. 2, Cons. 65. q. 5.

Ex adverso autem 5to & retrahens in omnia beneficia primo emtori concessa succedit; hinc si forsan solutio in terminos sit divisa, hac ipsa dilatione etiam gaudebit retrahens, dummodo æque sit solvendo, ut ipse primarius emtor *e*). Ex quo 6to sponte sua fluit, per ejusmodi retractum nec venditori, nec emtori primo aliquod damnum oriri debere, nec posse. *

§. V.

Jus, quod per emtionem emtor acquisivit.

Retractum speciem emtionis esse, supra innuimus; vidimus etiam eum innoxium esse debere; Ea igitur, quæ in emtione necessaria sunt, & hic requiruntur; hinc, qui emere nequeunt, etiam a retractu excluduntur, & in rebus, quæ vendi non possunt, neque locum habet retractus: nec ille, qui conditiones primæ emtionis adimplere nequit, ad retractum admittitur. In permutatione igitur, dum nempe species pro specie datur, retractus generaliter exulat, quod & in permutatione cum emtione commixta obtinet, cum retrahens speciem permutatione adjectam præstare in individuo, ut philosophi loquuntur, non possit;

e) Conf. Lib. Baro DE SCHMITT ad Jus Bavar. Tom. 2. ad Tit. 10. Art. 2. Stat. Bavar. n. 65.

* Inde ea, quae Contractui emtionis ad aggrauandum retractum adiiciuntur, pro adiectis non habentur, & ideo praestanda haud sunt. Homberg. Cons. & Resp. Cons. 62. p. 274.

possit: In hoc tamen retractus ab emtione potissimum differt, quod regulariter omnibus & semper emere liceat, retrahere autem tantum certis personis & determinato tantum tempore permissum sit.

§. VI.

Tertius.

Retractus Privilegium est, nemini igitur nisi privilegiato competit: Regula ergo hæc ponenda: Nemo ad retractum admittitur, nisi probaverit: *1mo* Hoc Jus sibi vel ex lege vel ex consuetudine competere, *2do* Contractum esse retractui obnoxium, & *3tio* Rem reluendam retractui esse subjectam.

§. VII.

Intra certum terminum.

Retractus in Lege aut consuetudine, vel etiam in conventione se fundat: quod terminum posteriori præfixum attinet, illius regula erit ipsa conventio, quæ ejusmodi contractum per modum conditionis afficit; termino igitur in conventione definito elapso etiam ipsum Jus retractus cessabit; quodsi vero reluendi tempus nullum sit definitum, neque tamen Jus reluendi perpetuum specifice sit reservatum, illud ad legis normam erit coarctandum, & subintrabit regula, tricenaria præscriptione illud

tolli.

tolli. *f*) Sin autem reluitio in perpetuum ſit reſervata, nullo etiam tempore illa deficiet. Neque mihi placet illa quorundam ſententia, qui triginta vel quadraginta annos æternitatem juridicam dicunt, & ejus lapſu omnia Jura interire contendunt: ſit enim, quod præſcriptio longiſſimi temporis his cancellis Jure civili fuerit incluſa, illud tamen ad coercendam negligentiam eſt introductum, neque ad res meræ facultatis, multo minus ad pacta ſpecialia erit extendendum. Quæ ſententia quotidiana ſupremorum Imperii Dicaſteriorum praxi comprobatur.

§. VIII.

Quodſi vero per pactum neque reluitio perpetua ſit indulta, neque certum aliquod tempus præfinitum, tempori a lege definito vel per conſuetudinem ſtabilito erit ſtandum: Determinatione ergo nulla extante ad ſpatium anni Jure feudali præfixi recurrimus. *g*) Incipit autem hoc tempus currere a momento notitiæ celebrati contractus. Conſulto igitur multis in locis introductum, ut emtor, cujus potiſſi-

f) L. 3. & Arg. L. 7. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. Item §. ult. Feud. L. 2. T. 9. in verbis: Præſcriptione autem 30. annorum ſubmovebatur tam ſciens quam ignorans.

g) §. ult. cit. feud. in verbis: Niſi hoc beneficium amiſerit annali ſilentio, quo ſciverit, computando.

tiſſimum intereſt, rem non relui, curet, contractum illis, quibus Jus reluendi competit, ſpecifice inſinuari, vel, cum ejusmodi reluentes communiter ignorentur, tales contractus publice promulgari, ut ſic omnibus exceptio ignorantiæ adimatur.

§. IX.

Sine alterius damno.

Pendente reluitione, & fluente adhuc ad illam interponendam tempore, ſæpius in ipſa re aliqua vel lucroſa vel damnoſa contingere poteſt variatio: quæſtio igitur oritur, quis tali in caſu damnum, quis lucrum ſentiat, num emtor primarius, num reluens? Reſponſio autem ex regulis circa periculum rei venditæ erit deſumenda; hoc ſolo ex Natura retractus adjecto; quod emtor primarius tamdiu habeatur pro emtore, donec retrahens jure ſuo ſe uſurum declaraverit; qua declaratione facta, hic tam pro præſenti quam futuro & præterito in locum emtoris ſuccedit, & prior emtor negotiorum geſtoris vice fungitur, ſicque indemnis ſervari debet.

§. X.

Se offerens.

Incidit ſæpe dubium, an abſentibus, pupillis & minoribus tempus retractui præfixum currat, cum illi ſupponantur ignorantes, & conſequenter ſe offerre nequeant. Ratione abſentium diſtinguendum autumo

inter neceſſariam & voluntariam; voluntarie abſenti extenſionem termini ideo ſimpliciter denego, quod aliquem Curatorem vel Procuratorem conſtituere & potuiſſet, & debuiſſet, a quo notitiam ſanciti contractus hauriret. Neceſſarie vero abſentibus & quidem ex cauſa laudabili, ſi Curatorem vel Procuratorem rationabili ex motivo non conſtituerint, & contractum ignoraverint, hoc beneficium concederem, cum abſentia talis nemini debeat eſſe damnoſa.

§. XI.

Ratione pupillorum & minorum vero ſtatuere audeo, illis tempus retractui præfinitum (in regula) non prius currere, quam dum eam ætatem acquiſiverunt, in qua libere emere, vendere, conſequenter & retrahere poſſunt. Rationes ad hoc me moventes in fine adjectum Reſponſum privatum exhibebit.

SECTIO II.

De Variis Retractus Speciebus.

§. XII.

Retractus Gentilitius, die Freundſchafts-Loſung, ille vocatur, quando retrahens pro fundamento Juris ſui allegat, bonum alienatum ex ſua provenire familia, & jam extra illam alienari: finis igitur hujus retractus in conſervatione bonorum in familia, & in eo, quod durum ſit, bona avita aliorum in

manibus cernere, ſuum habet fundamentum *h*). Hujus retractus lineamenta jam in veteri extant Teſtamento, ut ſupra §. III. innui; claræ autem illius ideæ in Jure communi Civili *i*) nec non Canonico inveniuntur. *k*)

§. XIII.

Ex allata Definitione ſequentia fluunt Corollaria. 1*mum*. Requiri, ut bonum reluendum ſit e familia reluentis,

2*dum*. Neque jam in alteram familiam tranſierit:

3*tium*. Conſequenter reluens alienanti ſanguine legitimo ſit junctus: *l*)

4*tum*. Affinitatem autem & cognationem legalem vel ſpiritualem non ſufficere, quamvis marito uxorio nomine reluere non ſit prohibitum. Cum igitur

5*tum*.

---

h) L. 22. C. de adminiſtr. Tut. in verb. Majorum imagines, aut non videre fixas, aut revulſas ſatis lugubre eſt.

i) Conſt. Friderici feud. Lib. 5. T. 13. & ſeqq. ſunt, qui id negant, ſunt, qui affirmant, Vid. cit. Tract. Walchii L. I. Cap. I. §. 3. ſeqq.

k) Cap. 8. X. de in Integr. Reſt. in verbis: & intra annum & diem a tempore Contractus ipſis tanquam proximioribus competeret ſuper illa portione jus offerendi emtoribus pretium, juxta municipii Patroſinenſis conſuetudinem approbatam.

l) Tiraq. de Retract. §. 1. gl. 9. n. 87. Leys. in Medit. ad Pand. vol. 3 ſpec. 193. Med. 10. p. 470.

5*tum*. Successio in bona familiæ fiat juxta gradus prærogativam, illaque ad normam Juris Civilis computetur, hoc quoque in retractu observandum erit, nulla tamen habita Juris repræsentandi, utpote fictionis, ratione *m*). Et sicuti

6*tum*. In successione plures gradu æquales concurrere possunt, tum autem hæreditas inter illos æquo Jure dividitur, sic etiam in Jure reluendi observatur; ubi vero, ut in Franconia, divisio quorumdam prædiorum est prohibita, inter æquali jure reluitionis gaudentes res sorte dirimi solet; neque hic arg. L. 68. ff. de acquir. vel omitt. hæred. prioritati temporis locum esse autumo, cum festinatione unius alterius Jus lædi non debeat: Ex qua ratione etiam asserere nullus dubito, quin posthumo præ remotiori retractus competat *n*).

7*mum*. Hoc Jus in Germania fundatam habet intentionem: inde illud, vigere probatione non eget. *

§. XIV.

Retractus censiticus, Zinns- Gült- oder Lehen- Losung, dicitur, quando pars boni censitici alienatur, & cocensita ad redintegrandum fundum, vel man-

 sum,

m) Arg. L. 4. §. 5. & 7. ff. de legit. Tut.

n) D. BALTHASAR. Tit. 10. Res. 10. n. 3. BERL. part. 2. Conc. 39 n. 31.

* WALCH. Tract. cit. L. II. Cor. 2. §. 23.

ſum, illam ab emtore reluit, & in illius locum ſuccedit. *

Hæc retractus ſpecies in Jure communi quidem nullum habet fundamentum, interim tamen in plurimis Provinciis Germaniæ uſu eſt introducta. Cum enim Dominorum directorum deren Zinnß- Gült- Lehn- Herren interſit, ne bona ſibi certo nexu affecta in minutiſſimas diſrumpantur parcellas, indeque collectio & exſolutio canonis difficilior reddatur, frequentioresque ut evitentur librorum cenſiticorum ſumtuoſæ renovationes, neque partes alicujus manſi paululum a cenſu indeque pendentibus juribus liberentur, hinc ejusmodi diviſiones prædiorum regulariter quidem ſunt prohibitæ; cum autem & ſeveriſſimis Mandatis contraveniri quotidianum ſit, ut ejusmodi damna evitentur, hac retractus cenſitici ſpecie obviatur, vi cujus bona cenſitica divulſa iterum redintegrantur: Unde prono fluit alveo, ad hunc retractum requiri:

1*mo* Ut reluens poſſideat partem aliquam manſi, ex quo parcella vult extrahi, vel jam ante fuit extracta.

2*do* Ut prædium alienatum eodem Canone, vel potius integri Canonis parte ſit affectum, eundemque 3*tio* Dominum agnoſcat directum; quamvis hoc

---

* De Retractu Feudali ex coinveſtitura hic non loquor, videatur deſuper WALCH. Tr. cit L. 2. C. 2. Sect. 2.

hoc postremum ad retractum solummodo non sufficiat, cum & insuper requisitum secundum adesse debeat, sive ut Cameralistæ loquuntur: Das zu lösende Guth muß ein Theil der dem nemlichen Lehen-Herrn zinß- oder gültbaren Hueb oder Lehen-Stücks seyn. Quodsi plures sint alicujus mansi partiarii possessores, & hi in reluendo concurrant, ille præfertur, qui majorem vel saltem magis insignem partem possidet, æquali autem si gaudeant portione, vel divisioni vel sorti res erit relinquenda.

§. XV.

Retractus ex Vicinitate etiam oritur, die Nachbar-losung, vi cujus ille, qui confine prædium possidet alienato, illud reluere potest. Fundamentum hujus Juris consuetudine nititur, & ratione, ne contra voluntatem mihi vicinus obtrudatur: ut igitur hic retractus locum habeat, oportet 1*mo* probare, hoc Jus consuetudine esse introductum 2*do* ut reluens fundum conterminum possideat. Ubi in concursu plurium vicinorum ille præferri solet, qui maxima parte fundi reluendo est conterminus, cum illius maxime intersit, ne novo vicino gravetur.

§. XVI.

Retractus Marchialis: Marckungs-Losung, est, vi cujus Civi alicujus loci Jus competit, prædium extraneo non Civi venditum reluendi, & illud in Dominio civium conservandi: nititur in eo, ne bona ex-

tra Civitatem alienentur, & introductus est ad imitationem retractus gentilitii, qui bona in familia conservat. Requisita igitur duo sunt, primum, ut reluens sit civis, & non solummodo incola ein Beysaß; secundum, ut emtor primarius Jure Civis non gaudeat; cui annectendum & fundi reluendi qualitatem debere esse civicam, daß es ein bürgerliches Gut seye *o*).

§. XVII.

Retractus Emphyteuticarius, die Losung des Erb-Zinnß-Herrn in eo consistit, quod Domino directo concessum sit, bonum emphyteuticum, etiam cum suo consensu alienatum, intra bimestre retrahere, & Dominium directum cum utili consolidare *p*); cum autem hic retractus bona solummodo Emphyteutica concernat, ad censitica non est extendendus *q*).

§. XVIII.

---

o) Affinis huic retractui, est ille vi Ordinationis Provincialis Palatinæ Tit. 11. §. 3. introductus, ubi Domino territoriali Jus retractus marchiale præ Civibus competit. Huc etiam pertinet L. un. C. non licere habitatoribus Metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre. Conf. Walch. L. cit. Mem. 2.

p) L. 3. C. de Jure Emphyteut.

q) Rauchbahr P. 2. Q. 22. n. 17.
Franzk. de Laudem. c. 10. n. 37. 41. 63. 72. sq.
Carol. Molin. in Consf. Paris. T. 2. §. 73. n. 22.
Carpz. Def. for. P. 2. Const. 31. def. 7.

§. XVIII.

Oritur etiam aliqua Retractus ſpecies ex prohibitione alienationis ad manus, ut vocant, mortuas * & alias perſonas vel exemptas vel ſpecialiter acquirere prohibitas; cum enim Eccleſiæ, Fundationes, Monaſteria, Communitates, Nobiles bona ſemel acquiſita non facile alienent, & ſi alienent, certæ cauſæ, & ſolennitates requirantur, r) hinc Jure quaſi retorſionis, & ne bona commercio eximantur, non tantum alienatio ad manus mortuas eſt prohibita s), ſed & ſi forte fundi, prædiaque ad ejusmodi acquirere prohibitas perſonas pervenerint, Jus retractus civibus perpetuum indulgetur: quod & certo modo ad bona ab officialibus præfecturarum t) item Judæis u) acquiſita extenditur.

§. XIX.

Ex Communione bonorum, & ſocietate ſeu potius condominio de Jure communi x) etiam retra-

* De hac Retractus ſpecie, & notanter in Principatu Herbipolenſi videſis. Cram. Nebenſt. X. Thl. S. 121. & infra in Conſtitutionibus.

r) Vide integrum Tit. Decretalium de rebus Eccleſiæ alienandis vel non.

s) Vide infra Sectione quarta §. XXXIV.

t) Ibidem §. XXXVI.

u) Sect. 4. cit. §. XXXVII.

x) Diſſentit Carpz. Def. for. P. I. Conſt. 31. def. ult. Sed ei L. 5. feud. Tit. 13. in verbis: „ Imprimis vo-

„ centur

